

OFFICIA NOVA SANCTORUM.

Partim de Præcepto, & partim
ad Libitum, prò recitantium
commoditate,

JUXTA DECRETA

Auctoritate Apostolicâ recentè
emanata, & approbata.

Series quorum notatur in fine, à quam plu-
rimis mendis in hac ultima editione
expurgata, additis aliis Officiis
noviter concessis.



NEAPOLI, MDCCXXXI.
Ex Typographia Jo: Francisci Paci.

Superiorum permisso,

Digitized by Google

Dominica II. post Epiphaniam.

3

OFFICIU M

SS. NOMINIS JESU.

Duplex Secundæ Classis..

Juxta Decretum Sac. Rituum Congregationis die 29. Novembris 1721.

AD VESPERAS.. *Antiphona.*

O Mnisi, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.

Psalmus. Dixit Dominus . cum reliquis de Dominica , & loco ultimi.

Psalmus. Credidi.

Antiphona. Sanctum, & terribile nomen ejus ; initium sapientiae timor Domini.

Antiph. Ego autem in Domino gaudebo , & exultabo in Deo IESU meo.

Antiph. A solis ortu usque ad occasum , laudabile nomen Domini.

Antiph. Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Capitulum. Phil. 2.

F Ratres , Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod, & Deus exaltavit illum , & donavit illi nomen , quod est super omne nomen : ut in nomine IESU omne genuflectatur.

Hymnus.

J ESU dulcis memoria ,
Dans vera cordi gaudia :

A 2

Se

4

Sed super mel , & omnia
Ejus dulcis præsentia .
Nil canitur suavius ,
Nil auditur jucundius ,
Nil cogitatur dulcius ,
Quam JESUS Dei Filius ,
JESU , spes pœnitentibus ,
Quam pius es potentibus !
Quam bonus te quærēntibus !
Sed quid invenientibus ?
Nec lingua valet dicere ,
Nec littera exprimere ;
Expertus potest credere ,
Quid sit JESUM diligere .
Sis , JESU , nostrum gaudium ,
Qui es futurus præmium ;
Sit nostra in te gloria ,
Per cuncta semper sœcula . Amen .

¶. Sit nomen Domini benedictum , allel.
¶. Ex hoc nunc , & usque in sœculum ,
alleluja . *Ad Magnificat , Antiph.*
Fecit mihi magna , qui potens est , & san-
ctum nomen ejus , alleluja .

Oratio .

Deus , qui unigenitum Filium tuum
constituisti humani generis Salvato-
rem , & JESUM vocari jussisti : concede
propitius , ut cuius sanctum nomen ve-
neramur in terris , ejus quoque aspectu
perfruamur in cœlis . Per eundem Do-
minum nostrum .

Sit cuncta. Domini. II. post Epiphaniam.

Ad

*Ad Completor. & per Horas diei, in fin.
Hymn. dicitur: JESU, tibi sit gloria,
Qui natus es. de Virgine.*

Ad Matutinum, Invitatorium.

*Admirabile nomen IESU, quod est super
omne nomen, * Venite adoremus.
Psalm. Venite.*

Hymnus.

JESU, Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis
Totus desiderabilis.

Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilesq[ue] vanitas,
Et intus fervet charitas.

JESU, dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.

JESUM omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite;
JESUM ardenter querite,
Et querendo inardescite.

Te nostra, JESU, vox sonet,
Nostrj te mores exprimant;
Te corda nostra diligant,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

In primo Nocturno, Antiph.

Domine Dominus noster, quam admirabi-
le est nomen tuum in universa terra.

A 3

Psalm.

Psalm. 8.

Quoniam elevata est magnificentia tua, * super cœlos.

Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum, & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum; lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria, & honore coronasti eum; & constituiisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves & boves universas insuper & pecora campi.

Vici cres cœli & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri, &c..

Antiph. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiph. In nomine JESU omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Psalm. 18.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.

Dies

Dies diei eructat verbum , & nox nocti
indicat scientiam .

Non sunt loquela , neque sermones ,
quorum non audiantur voces eorum .

In omnem terram exivit sonus eorum : *
& in fines orbis terrae verba eorum .

In sole posuit tabernaculum suum , & ip-
se tamquam sponius procedens de thala-
mo suo .

Exultavit ut gigas ad currēdam viam ,
a summo cœlo egressio ejus .

Et occursus ejus usque ad summum ejus ,
nec est qui se abscondat a calore ejus .

Lex Domini immaculata convertens ani-
mas : * testimonium Domini fidele , fa-
pientiam præstans parvulis .

Justitiae Domini rectæ letificantes corda ;
præceptum Domini lucidum illuminans
oculos .

Timor Domini sanctus permanens in sae-
culum saeculi ; * judica Domini vera , ju-
stificata in semetipsa .

Desiderabilia super aurum , & lapidem
preciosum multum : * & dulciora super
mel , & favum .

Exenim servus tuus custodit ea , * in cu-
stodiendis illis retributio multa .

Delicta quis intelligit ? ab occultis meis
mundame : * & ab alienis parce servo tuo .
Si mei non fuerint dominati , tunc imma-
culatus ero : * & emundabor a delicto ma-
ximo .

Eterunt, ut complacent eloquia oris
mei : & meditatio cordis mei in conspecto
tuo semper.

Dñe adjutor meus, * & redemptor meus.
Gloria Patri , &c.

Antiph. In nomine JESU omne genufle-
tatur, cœlestium, terrestrium, & infer-
iorum .

Antiph. Confitemini Domino, & invoca-
te nomen ejus, mementote quoniam ex-
celsum est nomen ejus. *Psalm. 23.*

Domihi est terra , & plenitudo ejus: *
Orbis terrarum , & universi , qui ha-
bitant in eo .

Quia ipse super maria fundavit eum: * &
super flumina præparavit eum ..

Quis ascendet in montem Domini? * aut
quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & in mundo corde , * qui
non accepit in vano animam suam , nec
juravit in dolo proximo suo .

Hic accipiet benedictionem à Domino: *
& misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium eum, * quæ-
rentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras , & ele-
vamini portæ æternales,* & introibit Rex
gloriæ .

Quis est iste Rex gloriæ ? * Dominus for-
tis & potens Dominus pot ens in prælio.

Attollite portas principes vestras , & ele-
vamini portæ æternales,* & introibit Rex
gloriæ .

Quis

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ . Gloria Patri, &c.
Antiph. Confitemini Domino , & invoke nomen ejus, mementote, quoniam excelsum est nomen ejus .

v. Propter nomen tuum , Domine , propitiaberis peccato meo .

v. Multum est enim . Pater noster .

Absolutio. Exaudi Domine .

Benedictio. Benedictione perpetua .

De Actibus Apostolorum.

Lectio I. cap.3.

Petrus autem, & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir , qui erat claudus ex utero matris suæ bajulabatur : quem ponabant quotidie ad portam templi , quæ dicitur Speciosa , ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum . Is cum vidisset Petrum, & Joannem incipientes introire in templum , rogabat, ut eleemosynam acciperet. Intuens autem in eam Petrus cum Joanne , dixit : Respice in nos . At ille itendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi : quod autem habeo, hoc tibi do : In nomine IESU Christi Nazareni surge , & ambula . Et apprehensa manu ejus dextera , alleявit eum . Et protinus consolidatae sunt bases ejus , & plantæ , & exiliens stetit , & ambulabat : & intravit cum illis in templum

ambulans, & exiliens, & laudans Deum.
¶. Ecce concipies, & paries Filium, &
vocabis nomen ejus JESUM: Ipse enim
salvum faciet populum suum à peccatis
eorum.

¶. Vocatum est nomen ejus JESUS, quod
vocatum est ab Angelo, priusquam in
utero conciperetur. Ipse enim.

Benedictio. Unigenitus Dei Filius.

Lectio ii.

ET vidi omnis populus eum ambu-
lantem, & laudantem Deum. Co-
gnoscebant autem illum, quod ipse erat,
qui ad eleemosynam sedebat, ad specio-
lam portam templi, & impleti sunt stu-
pore, & extasi in eo, quod contigerat illi.
Cùm teneret autem Petrum, & Joannem,
cucurrit omnis populus ad eos ad porti-
cum, quæ appellatur Salomonis, stūpen-
tes. Videns autem Petrus, respondit ad
Populum: Viri Israelitæ, quid miramini
in hoc, aut nos quid intuermini, quasi no-
stra virtute, aut potestate fecerimus hunc
ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac,
& Deus Jacob, Deus patrum nostrorum
glorificavit Filium suum JESUM, quem
vos quidem tradidistis, & negastis ante-
faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos
autem sanctum & justum negastis, &
petitis virum homicidam donari vobis;
Auctorem vero vitæ interfecistis, quem
Deus suscitavit à mortuis, cujus nos testes

sumus . Et in fide nominis ejus hunc , quem vos vidistis & nostis , confirmavit nomen ejus : & fides , quæ per eum est , de- dit integrā sanitatem istam in conspectu omnium vestrum .

R. Benedictum est nomen tuum , Deus patrum nostrorum , qui cum iratus fue- ris , misericordiæ recordaberis : * Et in tempore tribulationis peccata dimittis . **V.** Et benedictum nomen maiestatis tuæ in æternum , qui facis mirabilia solus . Et in tempore . **Benedictio .** Spiritus sancti .

Lectione iii. Cap. 4.

Factum est autem in crastinum , ut con- gregarentur Principes eorum , & se- niiores , & scribæ in Jerusalem , & Annas Princeps Sacerdotum , & Caiphas , & Jo- annes , & Alexander , & quotquot erant de genere sacerdotali , & statuentes eos in me- dio , interrogabant : In qua virtute , aut in quo nomine fecistis hoc vos ? Tunc repletus Spiritus sancto Petrus , dixit ad eos : Principes populi , & seniores , audite . Si nos hodie dijudicamur in beneficio homi- nis infirmi , in quo iste salvus factus est , notum sit omnibus vobis , & omni plebi Israel : quia in nomine Domini nostri JESU Christi Nazareni , quem vos cruci- fixistis , quem Deus suscitavit à mortuis in hoc iste iacet coram vobis sanus . Hic est lapis , qui reprobatus est à vobis ædi- cantibus , qui factus est in caput anguli ; &

non est in alio aliquo falsus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum homini- bus , in quo oporteat nos salvos fieri .

¶. Laudabo nomen tuum assiduè, Et col- laudabo illud in confessione .*

¶. Laetabor , & exultabo in te: psallam no- mini tuo , Altissime .

¶. Et collaudabo. Glor' a Patri. Et collaudabo.

In secundo Nocturno , Antiph.

Memores erunt nominis tui , Domine, in omni generatione , & generatione in .

Psalm. 44.

Estuavit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea regi .

Lingua mea calamus scribe , * velociter scribentis.

Speciosus forma p̄filiis hominum , dif- fusa est grātia in labiis tuis.* propterea be- nedixit te Deus in æternum .

Accingere gladio tuo super temur tuum,* potentissime .

Specie tua , & pulcritudine tua, * intende, prospere procede , & regna .

Propter veritatem . & mansuetudinem , & justitiam; * & deducet te mirabiliter dexte- ra tua .

Sagittæ tuae acutæ, populi sub te cadent, * in corda inimicorum regis .

Sedes tua Deus in sæculum sæculi : * virga directionis , virga regni tui .

Dilexisti justitiam, & odisti iniqūitatēm: * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo læti-

letit & præ confortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis
tuis, à domibus eburneis, ex quibus de-
lectaverunt te filiae regum in honore tuo.
Astitit regina à dextris tuis in vestitu
deaurato: circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam;
& obliviscere populum tuum, & domum
patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: quo-
niā ipse est Dominus Deus tuus, & ado-
rabit eum.

Et filiae Tyri in muneribus, vultum tuum
depræcabuntur omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiae Regis ab intus,
in fimbriis aurejs circumamicta varietati-
bus.

Adducentur Regi Virgines post eam: *
proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia, & exultatione: *
adducentur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, * con-
stitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui, * in omni
generatione, & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in
æternum: & in seculum sæculi. Gloria, &c.

Ant. Memores erunt nominis tui Domi-
ne, in omni generatione, & genera-
tionem.

Ant. Magnificatæ Dom'num mecum, &
exaltamus nomen ejus in idipsum.

Psalm.

Deus noster refugium, & virtus: * adjuvator in tribulationibus, quæ inueniunt nos nimis..

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * & transferentur montes in cor maris..

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt mótes in fortitudine ejus. Fluminis impetus lætificat Civitatem Dei; * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus..

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus manè diluculò..

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra. Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob..

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terræ..

Arcum conteret, & confring tarma: * & scuta comburet igni ..

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra..

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob. Gloria Patri, &c.

Antiph. Magnificate Dominum: mecum & exaltemus nomen ejus in idipsum..

Antiph. Omnes gentes quascunque fecisti veniam, & adorabunt coram te Domine, & glo-

& glorificabunt nomen tuum.

Psalm. 85.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te , * civitas Dei . Memor ero Rahab, & Babylonis, * scientium me .

Ecce alienegenæ , & Tyrus , & populus Æthiopum hi fuerunt illic .

Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea: * & ipse fundavit eam Altissimus ? Dñs narrabit in scripturis populorum, & principum: * horum, qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium , * habitatio est in te , Gloria Patri, &c.

Antiph. Omnes gentes quascumque fecisti veniant, & adorabunt coram te Domine; & glorificabunt nomen tuum.

V. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

R. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.. Pater noster .

Absolutio. Ipsiis pietas.

Benedictio. Deus Pater .

Sermo S. Bernardi Abatis .

Sermone 15. super Cant. circa medium.

Lectio iv.

Non otiosè spiritus sanctus nomine Sponsi oleo comparat , cum ita doceat, sponsam ad sponsum clamare: oleum effusum nomen tuum.Oleum enim lucet, paf-

pascit, & ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idem nunc & de Sponsi nomine. Luet prædicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit, & ungit. Et percurramus singula. Unde putas in toto orbe tanta, & tam subitâ fidei lux, nisi de prædicato nomine JESU? Nonne in hujus nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen suum quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen, dicat merito Paulus: Fuisti aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

v. Sperent in te, qui novérunt nomen tuū:
Quoniam non dereliquisti querentes te
Domine.

v. Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum. Quoniam.
Benedictio. Christus perpetuæ.

Lectio v.

Hoc denique nomen coram Regibus, & Gentibus, & filiis Israël portare justus est idem Apostolus; & portabat nomen, tanquam lumen. & illuminabat patriam, et clamabat ubique: Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur armæ lucis(sicut in die honestè ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annuntians in omni loco JESUM, & hunc crucifixum. Quomodo lux illa resplenduit, ac perspicx. cunctorum intu-

intuehtium oculos , quando de ore Petri , tanquam fulgur egrediens , claudi unius corporales plantas solidavit , & bases, multosque spiritualiter cæcos illuminavit? Nū quid non ignem sparsit, cum ait In nomine JESU Christi Nazareni surge, & ambula ?

V. Confiteamur nomini tuo magno, * Quoniam terribile , & sanctum est .

V. Hi in curribus & hi in equis , nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus . Quoniam .

Benedictio . Ignem suis amoris .

Lectio vi.

Nec tantum lux est nomen JESU, sed est & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris ? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus , virtutes roborat , vegetat mores bonos, atque honestos, castas foveat affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur. Insipidus est , si non hoc sale conditur. Si scribas , non sapit mihi, nisi legero ibi JESUM, Si disputas, aut conferas, non sapit mihi, nisi senuerit ibi JESUS. JESUS mel in ore , in aure melos, in corde jubilus. Sed est & medicina. Tristatur aliquis nostrum ? Veniat in cor ejus JESUS, & inde saliat in os . Et ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit serenum. Labitur quis in crimen? currit insuper ad laqueum mortis

tis desperando? Nonne, si invocet nomen
vitæ, confessim respirabit ad vitam?

R. Lætentur omnes, qui sperant in te Do-
mine in æternum exultabunt, & habita-
bis in eis, & gloriabuntur in te omnes,
Qui diligunt nomen tuum.

V. Domine, in lumine vultus tui ambu-
labunt, & in nomine tuo exultabunt to-
ta die. **Qui.** Gloria Patri. **Qui.**

In tertio Nocturno.

Antip. Cantate Domino, & benedicitè
nomini ejus: * annunciate de die in diem
salutare ejus. **Ipsalm. 95.**

Cantate Domino canticum novum: *
cantate Domino omnis terra.

Cantate Dño, & benedicite nomini ejus: *
annunciate de die in diem salutare ejus.

Annunciate inter gentes gloriam ejus: *
in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis
nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes diligentium dæmonia: *
Dominus autem cœlos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu
ejus: * sanctimonia, & magnificentia in
sanctificatione ejus.

Afferte Dño patriæ gentium, afferte Do-
mino gloriam, & honorem: * afferte Do-
mino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias, & introite in atria ejus: *
adorate Domino in atrio sancto ejus,

Commoveatur à facie ejus universa terra: *
dici-

dicite in gentibus , quia Dñs regnavit .
Etenim corrēxit orbem terræ , qui non
commovebitur : * judicabit populos in
æquitate.

Lætentur cœli , & exultet terra , commo-
veatur mare , & plenitudo ejus: gaudebunt
campi , & omnia , quæ in eis sunt .

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum
a facie Domini , quia venit : * quoniam
venit judicare terram .

Judicabit orbem terræ in equitate & popu-
los in veritate sua . Gloria Patri , &c .

Avt. Cantate Dño , & benedicite nomini
ejus : * annunciate de die in die salutare
ejus ?

An. Secundum nōmen tuum Deus , sic &
laus tua in fines terræ : justitia plena est
dextera tua .

Psalm. 96.

Dominus regnavit , exultet terra : *
lætentur insulæ multæ .

Nubes , & caligo in circuitu ejus: * justi-
tia , & judicium correctio sedis ejus .

Ignis ante ipsum præcedet , & inflamma-
bit in circuitu inimicos ejus .

Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ : * vi-
dit , & commota est terra .

Montes , sicut cera fluxerunt à facie Do-
mini: * à facie Domini omnis terra .

Annunciaverunt cœli justitiam ejus , * &
viderunt omnes populi gloriam ejus .

Confundantur omnes , qui adorant scul-
pti-

ptilia : * & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus: * auditavit, & lætata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judæ: * propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : * nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum , odite malum: * custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos .

Lux orta est justo, * & rectis corde lætitia. Lætamini justi in Domino , * & confitemini memorie sanctificationis ejus.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Secundum nomen tuum Deus , sic & laus tua in fines terræ : justitia plena est dextera tua .

Antiph. Cantate Deo , psalmum dicite nomini ejus: iter facite ei , qui ascendit super occasum Dominus nomen illi .

Psalm. 97.

Cantate Domino canticum novum : * quia mirabilia fecit .

Salvavit sibi dextera ejus: * & brachium sanctum ejus .

Notum fecit Dominus salutare suum ; * in conspectu gentium revelavit justitiam suam .

Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel .

Vii-

Viderunt omnes termini terræ, * salutare
Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate , &
exultate , & psallite .

Psallite Domino in cithara , in cithara ,
& voce psalmi : * in tubis ductilibus , &
voce tubæ corneæ .

Jubilate in conspectu Regis Domini : *
moveatur mare , & plenitudo ejus ; orbis
terrarum , & qui habitant in eo .

Flumina plaudent manu , simul montes
exultabunt à conspectu Domini : * quo-
niam venit judicare terram .

Judicabit orbem terrarum in justitia , * &
populos in æquitate . Gloria Patri , &c.

Antiph. Cantate Deo , psalmum dicite no-
mini ejus ; iter facite ei , qui ascendit su-
per occasum , Dominus nomen illi ..

Pr. Afferte Domino gloriam , & honorem.
R. Afferte Domino gloriam nomini ejus .

Pater noster .

Absolutio . A vinculis :

Benedictio . Evangelica lectio , &c.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam .

Lectio vii. Cap. 2.b

IN illo tempore ; Postquam consummati
sunt dies octo , ut circumcidetur puer ,
vocatū est nomen ejus JESU.S. Et reliqua .

Homilia sancti Bernardi Abbatis .

Sermo i. de Circumcisione .

MAgnum & mirabile Sacramentum .
Circumciditur puer , & vocatur

JE-

JESUS . Quid sibi vult ista connexio ? Circumcisio nempe magis salvandi, quām Salvatoris esse videtur; & Salvatorem circumcidete potius decet, quām circumcidere . Sed agnosce mediatorem Dei & hominum, qui ab ipso nativitatis suæ exordio divinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui fœcunditatis fructus sic accedit, ut non decidat flos virginitatis . Pannis involvitur, sed panni ipsi Angelicis laudibus honorantur . Absconditur in præsepio; sed proditur radiante stella de cœlo . Sic & circumcisio veritatem suscepit probat humanitatis : & nomen , quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis . Circumciditur tamquam verus Abrahæ filius; JESUS vocatur tamquam Filius Dei .

v. Tribulationem, & dolorem inveni : * Et nomen Domini invocavi .

v. Turris fortissima nomen Domini, in ipso speravi, & adjutus sum . Et nomen Domini invocavi .

Benedictio . Divinum auxilium .

Lectio viii.

Neque enim ad instar priorum meus iste JESUS nomen vacuum, aut inane portat . Non est in eo magni nominis umbra, sed veritas . Cœlitus siquidem inditum nomine Evangelista testatur, quod vocatum est ab Angelo , priusquam in utero conciperetur . Et attende verbi

pro-

profunditatem: Postquam natus est JESUS. JESUS vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Idem quippe & Angeli Salvator, & hominis; sed hominis ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatum est ait, nomen ejus JESUS, quod vocatum est ab Angelo. In ore ergo duorum, vel trium testium stat omne verbum: & ipsum, quod in Propheta abbreviatum, manifestius in Evangelio legitur, caro factum.

v. Et expectabo nomen tuum Domine: Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

v. Ut confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua. Quoniam. Gloria. Quoniam.

Benedictio. Ad societatem.

Lect. ix. de Homil. Dom. II. post Epiphaniam.

A D L A U D E S.

& per Horas Antiph.

Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te.

Psalm. Dominus regnavit. cum reliq. de Dominica, ut in Psalterio.

Antiph. Scitote, quia Dominus ipse est Deus, cuius nomen in æternum.

Antiph. Sitivit anima mea ad nomen sanctum tuum Domine.

Antiph. Benedictum nomen gloriae tue

fan-

sanctum, & laudabile, & superexaltatum
in sæcula.

Antiph. Juvenes, & virgines, senes cum
junioribus laudate nomen Domini, quia
exaltatum est nomen ejus solius:

Capitulum. *Philip 2.*

Fratres, Christus humiliavit semeti-
psum, factus obediens usq; ad mor-
tem, mortem autem crucis; propter quod
& Deus exaltavit illum, & donavit illi
nomen, quod est super omne nomen: ut
in nomine JESU omne genuflectatur.

Hymnus.

JESU, decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.

Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt;
Desiderare nesciunt,
Nisi JESUM, quem diligunt.

O JESU mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ!
Te querunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis l'intimæ.

Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

JESU, flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,

R.

Regnum beatus in eternis. Amen.

- v. Adjutorium nostrum in nomine Domini
v. Qui fecit cælum, & terram.

Ad Benedictus. Antiphona.

Dedit se, ut liberaret populum, & acquireret sibi nomen æternum, Alleluja.

Oratio.

Deus, qui unigenitum Filium tuum constitueristi humani generis Salvatorem, & IESUM vocari iussisti: concede propitiis, ut cuius sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cælis. Per eundem Dominum.

Postea fit comm. Dom. II. post Epiphaniam.

Ad Primam, &c. breve. Christe fili.

v. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Scitote.

Cap. Fratres, Christus humiliavit.

Breve. Sit nomen Domini benedictum,
Alleluja, alleluja. Sit nomen.

v. Ex hoc nunc & usque in sæculum,
Alleluja, alleluja. Gloria Patri. Sit.

v. Afferte Domino gloriam, & honorem,
Alleluja.

v. Afferte Domino gloriam nomini ejus,
Alleluja. *Ad Sextam, Antiph. Sicut in*

Capitulo. philip. 2.

IN nomine IESUS omne genuflectatur,
cœlestium, terrestrium, & infernorum,
& omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESUS Christus in gloria est Dei Patris.
v. br. Afferte Domino gloriam, & hono-

B temp.

rem, * Alleluja, alleluja, Afferte:
 ¶. Afferte Domino gloriam nomini ejus,
 Alleluja, alleluja. Gloria. Afferte.
 ¶. Magnifica te Dominum mecum, Allel.
 ¶. Et exalteamus nomen ejus in idipsum,
 Alleluja.

Ad Nonam, Antiph. Juvenes & virginis.

Capitulum.

Col. 3.

OMne, quodcumque facitis, in verbo,
 aut in opere, omnia in nomine Do-
 mini JESV Christi facite, gratias agen-
 tes Deo, & Patri per ipsum.

¶. breve. Magnificate Dominum mecum, *
 Alleluja, Alleluja. Magnificate.

¶. Et exalteamus nomeū ejus in idipsum,
 Alleluja, Alleluja. Gloria. Magnificate.
 ¶. Adjutorium nostrum in nomine Do-
 mini, Alleluja.

¶. Qui fecit cœlum, & terram, Alleluja.
*In II. Vesperis omnia dicuntur sicut in pri-
 mis.* *Ad Magnificat, Antiph.*

Vocabis nomen ejus JESVM; ipse enim
 salvum faciet populum suum a peccatis
 eorum, Alleluja. *Oratio.*

DEUS, qui Unigenitum Filium tuum
 constitueristi humani generis Salvato-
 rem, & JESVM vocari iussisti: concede
 propitius, ut cuius sanctum Nomen ve-
 neramur in terris, ejus quoque aspectu
 perfruamur in cœlis. Per eundem Do-
 minum.

Deinde fit comm. Dom. II. post Epiphaniam.
Die

Die XXVIII. Januarii.

I N F E S T O

S A J U L I A N I

EPISCOPI, ET CONFESSORIS.

Semiduplex ad hibitum.

In omnibus Regnis, ac Dominiis Catholico Hispaniarum Regi subjectis recitandum die 28. Jan. Fesso ejusdem Sancti.

Omnia de Communi Confess. Pontif. praeter Orationem & Lectiones secundi Nocturni.

Orario.

Exita, quæsumus Domine in populo tuo Spiritum Charitatis, quo Beatum Julianum Pontificem tuum replere dignatus es: & concede, ut cujus festivitatem celebramus, per eum ad te exempla gradiamur: Per Dom.

Lectiones 1. Noct. de Scrip. occ.

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iiii.

Julianus Ecclesiae Conchensis Episcopus, Burgis piis, & honestis Parentibus natus est. Eius ortum præclara ipsius Sanctitatis, & Episcopalis dignitatis signa divinitus data nobilitarunt. Nam admodum formosus, & pulcher in lucem editus est, ut omnes intuentes os ejus cœlesti quidam fulgore perfusum admirarentur. Multo magis verò cum Puer grandior patam super fontem Baptismatem tamdiu visus est, Mitra, & Baculo Epis-

B 2 copa-

copalibus insigniis ornatus , dum adstantes admonuit ut Infant Juliani nomen imponeret . Postea , pie Sancteque educatus , liberalibusque disciplinis apprimè eruditus , Theologiae operam dedit , in qua plurimum profecit . Itaque probatae vitae exemplo , & Divini verbi prædicatione toti Hispaniae mirandum in modum profuit . Quare ab Alfonso Nono Castellæ Rege Episcopale manus suscipere coactus est : quod summa cum daude obi- vit .

v. Inveni David servum meum : oleo sancto meo unxi eum : Manus enim mea auxiliabitur ei .

v. Nihil proficiet inimicus in eo : & filius iniquitatis non nocebit ei . Manus .

Lectio v.

VErè Pater Pauperum fuit , quippe , qui egentium , viduarum , ac pupillorum inopiam pecunia , & aliis pietatis officiis sublevavit . Redditus Ecclesie suæ tum sublevandis miseris , tum instaurandis , ornatisque Templis insumpxit ; ipse tenui victu contentus quam labore manuum suarum comparabat . In oratione assiduus erat , cuius vi paterna charitate ardens , multa , & magna pro salute Populi à Deo impetravit . Quoram illa in primis illustria , cum aliquando tota Provincia rei sculementariæ laboraret in opera ; nec quidquam amplius in Episcopatus

tus borreis supereffet, Populi calamita-
tem miseratus praeces cum lacrymis ad
Deum fudit. Tunc plurimum tritici ad
Ædes Sancti Episcopi à permultis jumen-
tis comportatum est: quæ deposito onere
evanuerunt. Cumque item dira in popu-
lum lues grasseretur: Sancti Episcopi
Oratione sedata est. Multos quoque va-
riis insanabilium morborum generibus
affectionis in sanitatem restituit.

v. Posui adjutorium super potentem,
& exaltavi electum de plebe mea: Ma-
nus enim mea auxiliabitur ei.

v. Inveni David servum meum, oleo
facto meo unxi eum.. manus.

Lectio vii.

Super gregem suum tamquam bonus,
& fedulus Pastor diligentissime vigila-
vit: lupos arcens ab ovibus, & oves pas-
cens verbo yitæ, cibum cuique tribuens
pro captu congruentem. Corpus suum
jejuniis, & vigiliis assiduè castigans, seip-
sum honorum operum exemplar in om-
nibus præbuit. Denique cum annos fer-
centoginta maxima cum Sanctitate vixi-
set, plenus dierum, atque virtutum in-
senectute bona migravit ad Dominum.
Quinto kalendas Februarii anno millesi-
mimo ducentesimo octavo, & honorificè
in Ecclesia sua sepultus, post mortem quo-
que miraculorum gloria clarus, magna
Populi veneratione colitur. Anno post-

modum millesimo quingentesimo decimo.
octavo, Leone X. Pont. Max. Corpus
eius è Sacello, ubi multos jacuerat an-
nos, effosum, ad locum propè Aram
magnifice exornatum tertio Idus Aprilis
solemni pompa, ac maxima celebritate
translatum est Commemorationis ejus
quoque festivitas Nonis Septembris ex
Juli Tertii Summi Pont. concessione re-
colitur.

viii. Iste est, qui ante Deum magnas vir-
tutes operatus est, & omnis terra doctri-
na ejus repleta est; Ipse intercedat pre-
peccatis omnium populorum.

ix. Iste est, qui contempserit vitam mundi,
& pervenit ad coelestia regna. Ipse Gloria
Patri. Ipse.

In tertio Nocturno Homili in Evang. Homo
peregre, ut in communione.

Missa Statuit.

Die x. Februarij

I N F E S T O

S. SCHOLASTICÆ

VIRGINIS.

D U P L E X.

Oratio.

DEUS, qui Animam B. Virginis tuæ
Scholasticæ, ad ostendendam inno-
centiæ viam, in Columbae specie Cœlum
penetrare fecisti; dñe nobis ejus meritis, &

præ-

præcibus ita innocenter vivere, ut ad aeterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

IN II. NOCTURNO.

Ex Libro secundo Dialogorum S. Gregorii Papa. Cap. 33.

Legio iv.

SCholaistica Venerabilis Patis Benedicti Soror, omnipotenti Domino ab ipso infantiae tempore dedicata; ad eum semel per annum veire consueverat; ad quam Virginei non longè extra januam in possessione Monasterii descendebat. Quadam verò die venit ex more, atque ad eam cum Discipulis venerabilis ejus descendit Frater, qui torum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, in cumbentibus iam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis fœmina Soror ejus eum rogavit, dicens: **Quæso te,** ut ista nocte me non deseras, ut usque mané de cœlestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respondit: **Quid est quod loqueris.** Soror: manere extra cellam nullatenus possum. Tanta verò erat Cœli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem fœmina, cum verba Fratris negantis audivisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus.

bus omnipotentem Dominum rogatūra declinavit. Cumque levaret de mensa caput, tanta coruscationis, & tonitruī virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque venerabilis Penedictus neque Fratres, qui cum eo aderant; extra loci limen, quo confederant, pedem mouere potuerint.

Lectio v.

Sanctimonialis quippè fœmina caput in manibus declinans lacrimarum suvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeri ad pluviam traxit. Nec paulò tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis, & inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret: quatenus unum, idemque esset momentum, & levaret caput, & pluviam deponere. Tunc Vir Dei inter coruscos, & tronitruos, atque ignis pluviae inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus dicens. Parcat tibi omnipotens Deus Soror, quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogavite, & audire me noluisti: rogavi Deum meum, & audivit me modo ergo, si potes, egredere, & me dimissa ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, qui remanere sponte noluit in loco, mansit invitus. Sicque factum est, ut totam noctem

Item pervaigilem ducerent, atque per facia spiritualis uitae colloquia, scle uicaria relatione satiarent.

Lectio vi.

Cumque die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam recessisset, Vir Dei ad Monasterium rediit. Cum, ecce, post triduum in cella consistens, elevatis in aera oculis, vidi ejusdem Sororis suæ Animam de corpore egestam, in Columbae specie. Cæli secreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudent, omnipotenti Deo in hymnis, & laudibus gratias reddidit, ejusque obitum Fratribus denunciavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipsi paraverat, ponerent. Quo facte contigit, ut quorum mens una semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

In Tertio Nocturno, Homilia in Evang.

Simile erit Regnum Coelorum decem Virginibus, de Communi Virginum.

Si hoc Festum celebretur in Quadragesima, Lectio ix. erit de Homilia Feris.

B. g.

Die

Die viii. Martii.

I N F E S T O
S. JOANNIS DE DEO
CONFESSORIS.

Et Ordinis Hospitalitatis Fundatoris.

D U P L E X.

Omnia de communi Confessoris non Pontificis, præter ea, quæ hic assignantur.

O. R. A. T. I. O.

Deus, qui beatum Joannem, tuo amore succensum, inter flamas innocuum incendere fecisti, & per eum Ecclesiam tuam nova prole fecundasti: praesta ipsius suffragantibus meritis, ut igne Charitatis tuæ vitia nostra curentur, & remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum nostrum,

IN I. NOCTURNO.

Lectio de libro Ecclesiastici. Beatus vir de communi Confess. non Pontificis secundo loco.

IN II. NOCTURNO. *Lectio iv.*

Jannes de Deo ex Catholicis, piissime parentibus in Oppido Montis Majoris, junioris Regni Lusitanæ natus, quam sublimiter in fortè domini fuerit eleitus, insuetus splendor super ejus Domino resurgens, sonitusque ædis campani sua sponte emensus ab ipso ejus nativitatis tempore non obscura prædunciarunt. Aetate vivendi rationi; Divina operante

te virtute revocatus, magnæ sanctitatis exhibere specimen cœpit, & ob auditam prædicationem verbi Dei, sic ad meliora se excitatum sensit, ut jam ab ipso sanctioris vitæ rudiimento coniumentum aliquid, perfectumque visus sic attigisse. Bonis omnibus in pauperes carceribus inclusos erogatis, admirabilis pœnitentia, suisque ipsius contemptus cuncto populo spectaculum factus, à plerisque ceu demens graviter afflatus, in carcere ementibus destinatū conicitur. At Joannes coelestis Charitate magis incensus, gemino atque ampio valetudinario ex pitorum eleemosynas in Civitate Granatenſi extrecto, jactoque novi Ordinis fundamento, Ecclesiam nova prole fœcundavit. Fratrum Hospitalitatis, infirmis præclaro animarum, corporumque profectu intervientum, & longè latèque per Orbem diffusum.

V. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab iuicis, & à seductoribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias iecras, & offendit illum regnum Dedi. Et dedit.

Lectio v.

Pauperibus, agrotis, quos propriis quan-
doque humeris donum deferebat, nulla re ad animæ corporisque salutem profigua de erat. Effusa quoque extra no-

comium Charitate indigenibus mulieribus viduis, & præcipue virginibus perclitantibus clam alimenta subministrabat, curamque indefessam adhibebat, ut carnis concupiscentiam à proximis hujusmodi vitio inquinatis exterminaret. Cū autem maximum in regio Granateni valeradionario excitatum fuisset incendium, Jeannes impavidus prosluit in ignem, huc illic discurrens, quo usque tum infirmos humeris exportatos, tñm lectulos è feneris projectos ab igne vindicavit, ac per diuidiam horam inter flamas jam immensum succrescentes versatus, exinde divinitus incolmis, universis civibus admirantibus, exivit in scola Charitatis docens, segniorem in eam fuisse ignem qui foris usserat, quam quis intus accenderat.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum stolam gloriae induit eum: Et ad portas Paradisi coronavit eum: Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad:

Lætio vir.

Multiplicati asperitatum genore demississima obedientia, extrema paupertate, orandi studio rerum divinarum contemplatione, ac in Beatam Virginem pietate mirificè excelluit, & lacrymarum numero enityuit. Denique gravi morbo corruptus, omnibus Ecclesia Sacramentis, rite,

rite, sancteque refectus, viribus licet destitutus, propriis indutus vestibus è leproso surgens, ac provolutus in genua, manu, & corde Christum Dominum è Cruce pendentem perstringens, octavo Idus Martii; anno millesimo quingentesimo quinquagesimo obiit in oculo Domini, quem etiam mortuus renuit, nec dimisit, & in eadem corporis constitutione sex circiter horas, & quousque inde dimotus fuisse, tota Civitate inspectante, mirabiliter permanxit odorem mire fragantem diffundens. Quem ante, & post obitum plurimis miraculis clarum Alexander Octavus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

v. Iste homo perfecit onus, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: **Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.**
v. Iste est, qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna **Quia te. Gloria Patri. Quia te.**

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matth.

Lectio vii. Cap. 22. d.

In illo tempore: Accesserunt ad Jesum Pharisæi, & interrogavit eum unum ex eis Legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in legge? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Hes.

Sadduceis confusis ; Pharisei rursus aggrediuntur; cumque quiescere oportet , decretare voluerint ; & Legis peritiam profitentem praemittunt , non discere , sed tentare cupientes ; ac ita interrogant ; Quodnam primum mandatum in Lege sit ? Nam cum primum illud sit . Diliges Dominum Deum tuum : putantes causas . Sibi alzaturum ad mandatum correndum , aliquid addendo , quoniam Deum se faciebat , hoc modo interrogant : Quid igitur Christus ? Ut ostendat idcirco ad hæc eis devenisse ; quia nulla in eis Charitas , sed iavidæ l'ore tabescerent : Diliges , inquit , Dominum Deum tuum , hoc primum , & magnum mandatum est . Secundum autem simile huic : Diliges proximum tuum sicut te ipsum .

¶. **I**ste est , qui ante Deum magnas virtutes operatus est , & de omni corde suo laudavit Dominum : Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum . ¶ Ecce homo sine querela , verus Dei cultor , abstinens se ab omni opere malo , & permanens in innocentia sua . Ipse intercedat .

Lectio viii.

Quamobrem simile est huic ? quoniam hoc illud inducit , & ab alio rursus munitur . Quicumque enim male agit , odio habet lucem . Et rursus : Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus , Deinde

de sequitur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum. Radix omnium malorum avaritia est: quā quidam appetentes, erraverunt à fide. Et qui diligit, mandata mea servabit, quoniam caput, & radix est. Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos, Gloria Patri. Et vos.

Si hoc festum venerit in Quadragesimā ad nova Letio legitur de Homilia Feriā occurrentis, & de ea fit commemoratione.

Legio ix.

Si ego diligere Deum, diligere proximum est; nam si diligis me, dicit Petrus inquit, pasce oves meas); si etiam in dilectione proximi facit, ut mandata custodias; merito ait, in his totam Legem, & Prophetas pendere. Et quemadmodum in superioribus, cum de resurrectione interrogaretur, plus docuit, quam tentantes petebant, si in hoc loco de primo interrogatus mandato, secundum etiam, non valde quam primum inferius, sponte attulit: secundum enim est primo simile. Ita occulte insinuavit, odio illos ad quæreadum incitari. Charitas enim, inquit, non expletatur. Te Deum, &c. Die

Die xxix. Martii.

OFFICIUM

SANCTI JOSEPH
SPONSI B. M. V. CONFESSORIS.
DUPLEX SECUNDÆ CLASSIS.

Antiphona.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

Psalmus: Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica, & loco ultimi. *Psalmus:* Laudate dominum omnes gentes.

Antiph. Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem desponsatam Viro, cui nomen erat Joseph, de Domo David, & nomine Virginis Maria.

Antiph. Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Joseph, antequā cōvenirent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.

Antiph. Joseph vir ejus, cum esset iustus, & nolle eam traducere, voluit occulte diuittare eam.

Antiph. Angelus Domini apparuit Joseph dicens: Joseph fili David noli timere accipere Mariam Conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium, & vocabis nomen Jesum.

Capitulum. Proverb. 28. ¶ 27.

Vir fidelis multum laudabitur: Et qui custos est Domini sui, glorificabitur.

Hymnus.

Hymnus.

TE Joseph, celebrant agmina cœlitum,
Te cuncti resonent Christiadū Chori.
Qui clarus meritis junctus es inclytæ.
Casto sœdere Virgini.

Almo cum tumidam germine conjugem.
Admirans, dubio tangeris anxius;
Afflatus superi flaminis Angelus.

Conceptum puerum docet.

Fu natum Dominum stringis, ad exteris
Ægypti profugum tu sequeris plagas,
Amissum, solymis quæris, & invenis.
Miscens gaudia fletibus.

Post mortem reliquos mors pia consecrat
Palmamq; emerito gloria suscipit,
Tu vivens superis pars fueris Deo.

Mira forte beatior.

Nobis summa Trias, parce precantibus,
Da Joseph meritis sidera scandere:
Ult tandem liceat, nos tibi perpetim,
Gratum promere canticum. Amen.

V. Constituit eum Dominum domus suæ.
R. Et Principem omnis possessionis suæ.

Ad Magnificat. Antiphona.

Exurgens Joseph à somno fecit, sicut
præcepit ei Angelus Domini, & accépit
Conjugem suam.

Oratio.

Sanctissima Genitricis euæ Sponsi, que-
sumus Domine meritis adjuvemur: ut
quod possibilitas nostra non obtinet, ejus
nobis intercessione donetur. *Qui vivis, &c.*

Si.

*Si celebretur ix Quadragesima fit com-
memoratio feria.*

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Christum Dei filium, qui putari digna-
tus est filius Joseph: venite adoremus.
Psalm. Venite exultemus.

Hymnus.

Cœlum Joseph decus, atque nostre
Carta spes vitæ, columenque mundi,
Quæstibi lati canimus benignus.

Suscipe laudes.

Te sator rerum statuit pudicæ
Virginis Sponsum, voluitque Verbi
Te Patrem dici, dedit & ministrum.

Esse salutis.

Te Redemptorem stabulo jacentem,
Quem Chorus vatum cecinit futuruini,
Aspicis gaudens, humiliisque natum.
Numen adoras.

Rex Deus Regum Dominator Orbis,
Cujus ad nutum tremit inferorum
Turba, cui pronus famulatur æther,
Se tibi subdit.

Laus sit excelsæ Triadi perennis,
Quæ tibi præbens superos honores,
Det tuis nobis meritis, beatæ
Gaudia vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. Ascendit Joseph à Galilæa de Ci-
vitate Nazareth in Judæam in Civitatem
David, quæ vocatur Bethlehem, ut pre-
ficeretur cum Maria.

Psal-

*Psalmus : Beatus Vies cum reliquis de
Communi Confess. non Pontif.*

*Antiph. Venerunt Pastores festinantes : &
invenerunt Mariam, & Joseph, & Infan-
tem positum in præsepio.*

Psal. Quare fremuérunt .

*Antiph. Ecce Angelus Domini apparuit in
sommis Joseph dicens Surge, & accipe Pue-
rum, & Matrem ejus, & fuge in Ægyptum.*

Psal. Domine quid multiplicati .

*v. Constituit eum Dominū Domus suæ.
v. Et Principem om̄nis possessionis suæ.*

De Libra Genesis .

Lectio. i. Cap.29.

*J*oseph igitur ductus est in Ægyptum , emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis Principes Exercitus . Vir Ægyptius , de manu Ismaelitarum , à quibus perductus erat . Fuitque Dominus cum eo , & erat Vir in cunctis prosperè agens : habitavitque in domo Domini sui , qui optimè noverat Dominum esse cum eo , & omnia , quæ gereret , ab eo dirigi in manu illius . Invenitque Joseph gratiam coram Domino suo , & ministrabat ei , à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi Domum , & universa , quæ ei tradita fuerant : benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph .

*v. Fuit Dominus cum Joseph , & dedit ei
gratiā in cōspēctu Principis carceris ; Qui
tradidit in manus illius universos viactos :*

v. Quid-

v. Quidquid fiebat, sub ipso erat: Do-
minus enim erat cum illo, & omnia opera
eius dirigebat. Qui tradidit in manu, &c.

Genes. Cap. 41. Lectio ii.

Placuit Pharaoni consilium Joseph, &
cunctis Ministris ejus; Locutusque
est ad eos: Num invenire poterimus talem
Virum, qui Spiritu Dei plenus sit? dixit.
ergo ad Joseph: Quia ostendit Tibi Deus,
omnia; quæ locutus es, numquid sapien-
tiorem, & consimilem tui invenire pote-
ro? Tu eris super domum meam, & ad
tui oris imperium cunctus Populus: obe-
dient uno tantum Regni solio Te præcedam.

b. Esuriente Terra Ægypti clamavit po-
pulus ad Regem, alimenta petens: Qui-
bus ille respondit: Ite ad Joseph, & quid-
quid vobis dixerit, facite.

v. Crescebat quotidiè famæ in omni terra,
aperuitq; Joseph universa horrea, & vende-
bat Ægyptijs. Ite ad Joseph, & quidquid, &c.

Genes. Cap. 41. Lectio iii.

Dixitque rursus Pharao ad Joseph: Ec-
ce constitui Te super universam
Terram Ægypti. Tulitque annulum de
manu sua, & dedit eum in manu ejus: Ve-
stivitque eum Stola byssina, & collo tor-
quem auream circumposuit. Feçitque eum
ascendere super Curru suum secundum,
clamante præcone, ut omnes coram eo ge-
nusflecterent, & præpositum esse scirent,
universæ Terræ Ægypti. Dixitque Rex ad.

Jo-

Joseph : Ego sum Pharaon : absque tuo imperio non movebit quisquam manum, aut pedem in omni Terra Ægypti.

v. Fecit me Dominus quasi Patrem Regis, & Dominum universæ domus ejus: nolite pavere; * Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.

v. Venite ad me, ego dabo vobis omnia bona Ægypti, & comedetis medullam terræ. Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. Gloria Patri. Pro salute enim vestra, &c.

IN II. NOCTURNO.

Antiphona.

Consurgens Joseph accepit Puerum, & Matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum, & erat ibi usque ad obitum Herodis.

Psal. Cùm invokearem.

Anciph. Defuncto Herode Angelus Domini apparet in somnis Joseph in Ægypto dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus, & vade in Terram Israel: Defuncti sunt enim, qui quærebant animam Pueri.
Psal. Verba mea.

Amiph. Accepit Joseph puerum, & Matrem ejus, & venit in Terra Israel.

Psal. Domine Dominus noster.

v. Magna est gloria ejus in salutari tuo.

v. Gloriam, & magnam decorem impones super eum.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Hymn. 2. super Missus, propè finem.

Le.

Lectio iv.

Quis, & qualis homo fuerit; **beatus** Joseph, coniice ex appellatione, qua, licet dispensatoria, meruit honorari adeo, ut Pater Dei, & dictus & creditus sit: coniice & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari. Simul & memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Ægypto, & icito ipsius istum non solum vocabulum fuisse fortitum, sed & castimoniam adeptum, innocentiam assecutum, & gratiam.

v. Ascendit Joseph à Galilea de Civitate Nazareth in Iudæam, in Civitatem David, quæ vocatur Bethlehem: * Eo quod esset de domo, & familia David.

v. Ut profitetur cum Maria desponsata sibi uxore. Eo quod esset.

Lectio v.

Si quidem ille Joseph, fraterna ex invidia venditus, & datus in Ægyptum, Christi venditionem præfiguravit: Ille Joseph, Herodianam invidiam fugiens, Christum in Ægyptum portavit. Ille dominino suo fidem servans, dominę noluit commisceri: iste Dominam suam Domini sui matrem virginem agnoscens, & ipse continens, fideliter custodivit. Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum: isti datum est conscientium fieri, atque participem cœlestium sacramentorum.

v. Surge, & accipe Puerum, & Matrem ejus

ejus, & fuge in Ægyptum: * Et esto ibi, usque dom dicam Tibi.

v. Ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Egypto vocavi filium meum. Et esto.

Lectio vi.

Ille frumenta servavit non sibi, sed omni populo: iste panem vivum è cœlo servandum accepit tamen sibi; quam toti mundo. Non est dubium: quin bonus, & fidelis homo fuerit iste Joseph, cui mater desponsata est Salvatoris. Fidelis, inquam, servus, & prudens, quem constituit Dominus suæ matris solatiæ, lux carnis nutritum, solum denique in terris magni consilii coadiutorem fidissimum.

v. Cùm inducerent puerum Jesum Parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo; * Accepit eum Simeon in uinas suas, & benedixit Deum.

v. Et erat Pater ejus, & Mater mirantes super his, quæ libabantur de illo. Accepit eum. Gloria Patri. Accepit eum.

I N . III. NOCTURNO.

Antiph. Audiens Joseph, quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illud ire.

Psal. Domine quis habitarit.

Antiph. Admonitus in somnis Joseph secessit in partes Galilee; & veniens habitavit in Civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas:

pas: Quoniam Nazareus vocabitur :

Psal. Domine in virtute tua :

Antiph. Erat pater Iesu, & Mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo ; & benedixit illis Simeon .

Psal. Domini est terra :

v. Justus germinabit sicut IJsum :

v. Et florebit in æternum ante Dominum .

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum .

Lectio vii.

Cap. i.

Cillum esset despontata mater Iesu Maria Joseph , antequam convenienter , inventa est in utero habens de Spiritu Sancto . Et reliqua .

Homilia S. Hieronymi Presbyteri .

Quare non de simplici virgine , sed de despontata concipitur ? Primum , ut per generationem Joseph origo Mariæ monstraretur : secundò , ne lapidaretur à Judæis ut adultera : tertio , ut in Ægyptum fugiens haberet solatum : Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam , cur à despontata conceptus sit : ut partus , inquiens , ejus cælaretur diabolo ; dum eum putat non de virgine , sed de uxore generatum .

v. Dixit Mater Iesu ad illum : Fili quid fecisti nobis sic ? Ecce Pater tuus , & ego dolentes quærebamus te .

v. Et ait ad illos : Quid est quod me quærebatis : nesciebatis quia in his ; quæ Patris mei sunt , oportet me esse ? Ecce Pater tuus ?

Es-

Lectio viii.

Antequam convenienterent, inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Non ab alio inventa est, nisi à Joseph, qui penè licentia maritali futuræ uxoris omnia novaret. Quod autem dicitur: Antequam convenienterent: non sequitur ut postea convererint: sed Scriptura quod factum non sit ostendit.

v. Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth: * Et erat subditus illis.

v. Proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. Et erat subditus illis. Gloria Patri. Et erat.

Nona lectio dicitur de Homilia feriae occurrentis, si celebretur in Quadragesima, & de ea fit commemoratione in Laudibus.

Lectio ix.

Joseph autem vir ejus cùm esset justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Si quis fornicariæ conjungitur, unum corpus efficitur: & in lege præceptum est, non solum reos, sed & conscientes criminum obnoxios esse peccati; quomodo Joseph, cùm crimen celaret uxoris, justus scribitur? Sed hoc testimonium Mariæ est, quod Joseph sciens illius castitatem, & admirans quod evenerat celat, silentio, cuius mysterium nesciebat. Te Deum,

A D L A U D E S,

Et per Horas. Antiphona.

IBant parentes Jesu per omnes annos

C

Je-

Jerusalem in die solemnis Paschæ.

Psal. Dominus regnavit : *cum reliquis.*

Antiph. Cùm redirent, remansit Puer Jesus, in Jerusalem, & non cognoverunt parentes ejus.

Antiph. Non invenientes Jesum, regressi sunt in Jerusalem requirentes eum : & post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audiентem, & interrogantem eos.

Antiph. Dixit Mater ejus ad illum : Fili quid fecisti nobis sic ? Ecce Pater tuus ; & ego dolentes quærebamus te.

Antiph. Descendit Jesus cum eis, & venit Nazareth, & erat subditis illis.

Capit. Prov. 28. & 27.

Vir fidelis multum laudabitur ; Et qui Custos est Domini sui, glorificabitur.

Hymnus.

Iste, quem læti colimus fideles.

Cujus excelsos canimus triumphos,

Hac die, Joseph, meruit perennis
Gaudia vitæ.

Onus nimis fœlix, nimis ð beatus,

Cujus extremam, vigiles, ad horam

Christus, & Virgo simul astiterunt

Ore sereno.

Nunc stygis victor laqueo solutus

Carnis, ad sedes placido sopore

Migrat æternas rutilisque cingit

Tempora fertis.

Ergo regnante flagitemus omnes

Adsit

51

Adsit ut nobis, veniamque nostris
Obtinens culpis, tribuat supernæ.

Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi sint honores

Trine, qui regnas, Deus; Et Coronas
Aureas servo tribuis fideli

Omne per æuum. Amen.

v. Os iusti meditabitur sapientiam.

v. Et lingua ejus loquetur judicium.

Ad Benedictus. Antiphona.

Ipse Jesus erat incipiens, quasi anno-
rum triginta, ut putabatur, filius Joseph.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, que-
sumus Domine, meritis adjuvemur: ut
quod possilitas nostra non obtinet, ejus
nobis intercessione donetur. *Qui vivis &c.*

A D T E R T I A M.

Antiph. Cum redirent.

Capitulum.

Uir fidelis, &c. *ut supra.* v. *breve.* Con-
stituit eum Dominum domus suæ: * Con-
stituit. v. Et principem omnis possessionis
suæ. Dominum domus suæ: Gloria Patri.
Constituit. v. Magna est gloria ejus in sa-
lutari tuo. v. Gloriam & magnum deco-
rem impones super eum.

A D S E X T A M.

Antiph. Non invenientes.

Capitulum. Eccles. 45.

Dilectus Deo, & hominibus, cuius me-
moria in benedictione est. In fide,

& lenitate ipsius Sanctum fecit illum , & elegit eum ex omni carne.

R. breue. Magna est gloria ejus in salutari tuo: * Magna est. v. Gloriam, & magnum decorem impones super eum . In salutari tuo. Gloria Patri. Magna est.

R. Justus germinabit , sicut lilyum.

R. Et florebit in æternum ante Dominum

A D N O N A M.

Antiphona, Descendit Jesus.

Capit. Sap. 10.

Profugum justum deduxit Sapientia per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei , & dedit illi scientiam Sanctorum , honestavit illum in laboribus , & complevit labores illius.

R. breue . Justus germinabit , sicut lilyum : * Justus: v. Et florebit in æternum ante Dominum . Sicut lilyum . Gloria Patri . Justus germinabit.

R. Plantatus in domo Domini.

R. In atriis domus Dei nostri.

I N I I . V E S P E R I S.

Ant. Ibant Parentes , &c. ut in laudibus , Capitulum , & Hymnus , ut in primis Vesperis.

R. Gloria , & divitiae in domo ejus .

R. Et justitia ejus manet in sæculum saeuli.

Ad Magnificat Antiphona.

Ecce fidelis servus , & prudens , quem constituit Dominus super familiam suam :

Org.

Oratio.

Sanctissimæ Genitricis, &c. ut supra.

*Deinde fit commemoratio. S. Joachimi
Patrii B.M.V.*

*Antiph. Laudamus Virum gliosum in
generatione sua , quia benedictionem om-
nium gentium dedit illi Dñs, & testamen-
tum suum confirmavit super caput ejus.
¶ Potens in terra erit semen ejus.*

33. Generatio sectorum benedicetur.

Oratio.

DEUS, qui præ omnia bus Sanctis tuis
Beatum Joachim Genetricis Filii cui
Párem esse voluisti : concede quæsumus,
ut cujus festa veneramur, ejus quoque
perpetuò patrocinia sentiamus . Per eun-
dem Dominum, &c.

*Et si celebretur in quadragesima , si
etiam commemoratio feria.*

Die iv. Aprilis.

I N F E S T O

SANCTI ISIDORI
EPISCOPI, ET CONFESSORIS.

D U P L E X.

*Omnia de Communi Conf. Pontificis praे-
ter ea , quo hic ponuntur propriæ.*

A D M A G N I F I C A T.

In utrisque Vesperis.

O Doctor optime , Ecclesiæ sanctæ lu-
men, Beate Isidore, divinæ legis ama-
tor,

54
tor, deprecare pro nobis filium Dei.

Oratio.

Deus, qui populo tuo æternæ salutis
Beatum Isidorum Ministrum tribui-
isti: præsta quæsumus, ut quem Doctorem
vitæ habuimus in terris, intercessorem ha-
bere mereamur in Cœlis. Per Dominum.

IN PRIMO NOCTURNO.

*Lectiones, Sapientiam omnium anti-
quorum, de Communi Doctor.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Isidorus natione Hispanus, Doctor egre-
gius, ex nova Carthagine Severiano pa-
tre Provinciae Duce natus, à Sanctis Epi-
scopis Leandro Hispalensi, & Fulgentio
Carthaginensi fratribus suis piè, & libe-
raliter educatus, Latinis, Græcis, & He-
braicis litteris, divinisque, & humanis le-
gibus instructus, omni scientiarum, atque
Christianarum virtutum genere præstan-
tissimus evasit. Adhuc adolescens hære-
sim Arrianam, quæ gentem Gothorum
Hispaniæ latissimè dominantem jam pri-
dem invaserat, tanta constantia palam op-
pugnavit, ut parùm absuerit, quin ab Hæ-
reticis necaretur. Leandro vita functo ad
Hispalensem Cathedram invitum quidem,
sed urgente in primis Recaredo Rege, ma-
gnoque etiam Cleri, Populi que consensu
assumitur, ejusque electionem S. Grego-
rius Magnus, nedum auctoritate Apolo-
lica

Ilic*a* confirmasse, sed & electum transmissio
de more pallio decorasse, quin etiam suū,
& Apostolicæ Sedis in universa Hispania
Vicarium constituisse perhibetur.

Sy. Inveni David.

Legio v.

IN Episcopatu quantum fuerit constans,
humilis, patiens, misericors, in Chri-
stiana, & Ecclesiastica disciplina instauran-
da sollicitus, eaque verbo, & scriptis sta-
bilienda indefessus, atque omni demum
virtutum ornamento insignitus, nullius
lingua enarrare sufficeret Monastici quo-
que instituti per Hispaniam promotor, &
amplificator eximus plura construxit Mo-
nasteria, Collegia itidem ædificavit, ubi
studiis sacris, & lectionibus vacans, pluri-
mos discipulos, qui ad eum confluabant,
eruditivit, quos inter Sancti Ildephonfus
Toletanus, & Braulio Gæsaraugustanus
Episcopi emicuerunt. Coacto Hispali Con-
cilio Acephalorum hæresim Hispaniæ jam
minitantem, acri, & eloquenti disputatio-
ne fregit, atque contrivit. Tantam apud
omnes sanctitatis, & doctrinæ famam Jade-
ptus est, ut elapso vix ab ejus obitu sexto-
decimo anno universa Toletana synodo
duorum supra quinquaginta Episcoporum
plaudente, ipsoq; etiam S. Ildephonso suf-
fragante, Doctor egregius Catholicæ Ec-
clesiæ novissimum decus, in sæculorum
fine doctissimus, & cum reverentia nomi-

98
natus appellari meruerit; eumque S.
Braulio non modo Gregorio Magno com-
paraverit, sed & erudienda Hispaniae loco
Jacobi Apostoli cœlitus datum esse cen-
suerit.

xv. Posui adjutorium.

Lectio vi.

Scipit Isidorus libros Etimologiarum,
& de Ecclesiasticis Officiis, aliosque,
quam plurimos Christianæ, & Ecclesiasti-
cae disciplinæ adēd. utiles, ut S. Leo Papa
IV. ad Episcopos Britanniae scribere non
dubitaverit, sicut Hieronymi, & Augusti-
ni, ita Isidori Dicta retinenda esse, ubi
contingerit iusitatum negotium, quod
per Canones minimè definiri possit. Plu-
res etiam ex ejusdem scriptis sententiae in-
ter Canonicas Ecclesiæ leges relatee con-
spiciuntur. Praefuit Concilio Toletano IV.
omnium Hispaniae celeberrimo. Denique
cum ab Hispania Arianam hæresim elimi-
nasset, morte sua, & Regni vastatione à
Saracenorum armis publicè prænunciata,
postquam quadraginta circiter annos suū
rexisset Ecclesiam, Hispali migravit in
Cœlum anno sexcentesimo trigesimo sex-
to. Ejus corpus inter Leandrum fratrem,
& Florentinam sororem, ut ipse manda-
verat, primò conditum, Ferdinandus I.
Castellar, & Legionis Rex ab Eneto Sara-
ceno Hispali dominante magno pretio re-
demptum Legionem transtulit, & in ejus
hono.

honorem Templum ædificatum est , ubi miraculis clarus , magna populi devotio nè colitur .

N. Iste est .

IN III. NOCTURNO .

Lectio S. Evangelii secundum

Matthæum .

cap. 5.

Lectio vii.

IN illo tempore : Dixit Jesus Discipulis suis : Vos estis sal terræ . Quod si sal evanuerit , in quo salietur ? Ad nihilum valet ultrà , nisi ut mittatur foras , & consumetur ab hominibus . Et reliqua .

Homilia S. Isidori Episcopi .

Ex lib. 2. Officiorum ad S. Fulgen-

tium.

cap. 5.

Qui in erudiendis , atque instituendis ad virtutem populis præterit , necesse est , ut in omnibus Sanctus sit , & in nullo reprehensibilis habeatur . Qui enim alium de peccatis arguit , ipse à peccato debet esse alienus . Nam qua fronte subiectos argueré poterit , cum illi statim possit correctus , ingerere , ante doce te , quæ recta sunt ? Primitùs quippè se metipsum corrigere debet , qui alios ad bene vivendum admonere studet , ita ut in omniibus semetipsum formam vivendi præbeat , cunctosque ad bonum opus , & doctrina , & opere provo- cet . Cui etiam scientia scripturarum ne- cessaria est . Quia , si Episcopi tantum sapientia sive vita , sibi soli prodest , sic vivens .

C 5

Por-

Porro si, & doctrina, & sermone fuerit eruditus, potest cæteros quoque instruere, & docere suos, & adversarios repercutere, qui nisi refutati fuerint, atque convicti, facile possunt simpliciū corda pervertere.

¶. Amavit eum Dominus.

Lectio viii.

Hujus sermo debet esse purus, simplex, apertus, plenus gravitatis, & honestatis, plenus suavitatis, & gratiæ, tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiae, de disciplina iustitiae: unumquemque admonens diversa exhortatione, juxta professionem, morumque qualitatem, scilicet, ut prænoscat quid, cui, quando, vel quomodo proferat. Cujus præ cæteris speciale officium est, scripturas legere, percurrere Canones, exempla Sanctorum imitari, vigiliis, jejuniiis, orationibus incumbere, cum siatribus pacem habere, nec quemquam de membris suis discerpere, nullum damnare, nisi comprobatum, nullum excommunicare, nisi discussum. Quique ita humilitate patiter, & autoritate præesse debet, ut neq; per nimiam humilitatem suam subditum vitia convalescere faciat, neque per immoderantiam severitatis potestatē exerceat, sed tanto cautius erga commissos sibi quanto durius à Christo indagari formidat.

¶. In medio Ecclesiæ aperuit.

Le-

Lectio ix.

Tenebit quoq; illam supereminente
donis omnibus charitatem, sine qua
omnis virtus nihil est . Custos enim calti-
tatis charitas , locus autem .hujus custodis
humilitas.. Habebit etiam inter hæc om-
nia castitatis eminentiam ; itaùt mens
Christo dedita , ab omni inquinamento
carnis sit munda,& libera. Inter hæc opor-
tēbit cum sollicita dispensatione curam
pauperum gerere, esurientes palcere , ve-
stire nudos , suscipere peregrinos , capti-
vos redimere , viduas , ac pupillos tueri ,
pervigilem in cunctis exhibere curam ,
providentiam habere distributione discri-
ta. In quocunq; hospitalitas ita erit præ-
cipua, ut omnes cum benignitate, & cha-
ritate suscipiant . Si enim omnes fideles il-
lud Evangelium audire desiderant , ho-
spes fui , & suscepisti me, quanto magis
Episcopus,cujus divisorium cunctorum
debet esse receptaculum .

Te Deum laudamus .

Missa de Communi Doctorum cum Credendo.

Die XVI. Maii.

I N F E S T O

S A J O A N N I S
N E P O M U C E N I
M A R T I R I S.

S E M I D U P L E X.

*in Régno Neap. assign. in perpet. Die 21.
ejusd. omnia de communione unius Mart.*

*Si non est expletus tempus Paschale, fit
Officium de communi Mart. temp. Pasch.
prater Orat. & Lectiones, quæ sequuntur.*

O R A T I O.

Deus, qui ob invictum Beati Joannis
Sacramentale silentium nova Ec-
clesiam tuam Martyrii corona decorasti;
da nobis ejus intercessione, & exemplo
linguam cantè custodire; ac omnia po-
tius mala, quam animæ detrimentum,
in hoc seculo tolerare. Per Dominum.
noscum &c.

In I. Nocturno Lectiones de script. occurr.

I N II. NOCTURNO.

Lectione iiii.

Johannes Nepomuci Bohemiae Oppido
Jundé Nepomuceni cognomen duxit, à
Parentibus ætate proiectis, non sine fu-
eturæ sanitatis præsagio, flammis soprâ
pascentis domum mirabiliter collucenti-
bus, ortus est.. Cum infans in gravem
morbum incidisset, Beatae Virginis ope,
et natum Parentes referebant acceptum

è vi-

è vita periculo evasit incolmis. Egregia
indole, piaque institutione, cælestibus
indiciis obsequente, inter sanctas, reli-
giosasque exercitationes pueritiam egit;
nam Ecclesiam frequenter, in Sacerdoti-
bus ad Aras operantibus ministrare in de-
liciis habebat. Zateci politioribus literis
ad humanitatem informatus; Pragæ ve-
ro, gravioribus disciplinis exultus, Phi-
losophiaæ, Theologie, Sacrorumque Cano-
num magisterium, & lauream emeruit.
Sacerdotio iniciatus, atque à scientia San-
ctorum ad lucra animarum ritè compara-
tus, ministerio verbi Dei se penitus ad-
dixit. Cum igitur in vitiis extirpandis,
& revocandis in viam salutis errantibus
eloquentia, & pietate uberes ederet fru-
ctus, inter Canonicos Metropolitanæ Ec-
clesiæ Pragenfis cooptatus, mox sibi de-
mandatam Evangelii, coram Rege Vvin-
ceslao IV. prædicandi Provinciam susce-
pit; eo successu, ut Joannis suasu, mul-
ta Rex faceret, magnoque in honore ejus
virtutes haberet. Conspicuas tamen, quas
ille obtulit, Dignitates, Dei Servus, ne
à Divini verbi præconio avocaretur, con-
stantissimè recusavit.

Lectio v.

Regiis illum eleemosynis in pauperes
erogandis præfectum Joanna Regina
conscientiæ sibi moderatorem adscivit.
Cum autem Vyenceslaus ab officio, in-
stitu-

sticutoque decessisset, atque in vitia præceps abriperetur; piæ autem conjugis obtestationes, & monita gravatè ferret, contendere ausus est, ut in Sacramentali judicio Sacerdoti credita Reginæ arcana sibi à Joanne panderentur. At Dei Minister blanditiis primùm, tormentis deinde, & carceris squalore tentatus, nefaræ Regis eupiditati fortiter obstítit. Furientem tamen Vvenceslai animum cum ab execrando proposito nec humana, nec Divina jura deterrerent, supremum agōnem, quem instare sibi Athleta Christi noverat, populo in concione de impendentibus etiam Regni calamitatibus admonito, non obscurè prænunciauit. Mox Boleslaviam profectus, ad Beatæ Virginis imaginem antiquo cultu cœlebrem, cœlestè præsidium ad certandum bonum certamen effusis præcibus imploravit. Inde vesperi revertentem in privilegio Dominicæ Ascensionis, Rex è fenestra conspicatus arcessit; cumque vehementius urgeret, & proximam in aquis, si obluctari pergeret submersionem intentaret, Joannes inicta constantia terrores, minasque refutavit. Itaque Regis imperio in Moldavam flumen Pragam interfluens noctu dejectus, illustrem martyrii coronam est consecutus.

Lectio vi.

SAcilegum facinus clam patratum, & Martyris gloriam insigne prodigium.

divi-

divinitus patefecit. Ilbi enim examine corpus secundo flumine vehi cœpit, ardentes faces aquis supernatantes, & discurrentes apparuerunt. Quamobrem ex arena postridie mane Corpus elatum, Canonici deinde Regis iram nihil timentes, in Metropolitanam Ecclesiam solemniter intulerunt, & sepulturæ manda- runt. Cum autem in dies invicti Sacerdotis memoria miraculis, & maxima fidelium, eorum præcipue, qui fama periclitantur, veneratione cresceret, post annos demum amplius tercentos, in iuri- dica recognitione Corporis, quod sub humo tamdiu jacuerat, lingua ejus incorrupta, & vivida reperta est; quæ sexto post anno, Judicibus à Sede Apostoli- ca delegatis exhibita, novo prodigio re- pentè intumuit, & suboscusum ruborem in purpureum commutavit. His itaque, aliisque signis ritè probatis Benedictus decimus tertius Pontifex Maximus die decimanona mensis Martii anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo nono, pri- mum hunc Sacramentalis sigilli asserto- rem, Arcani fidem sanguine obsignan- tem, Sanctorum Martyrum Catalogo ad- scripsit.

In Miss. S. Jo: Nepomuceni.

Deus qui ob invictum Beati Joannis Sacramentale silentium, &c. ut supra.

SE-

S E C R E T A :

Per hæc tua , Domine , Sacra Mysteria
illo nos charitatis igne accendamur ,
quo inclytus Martyr Joannes eadem pe-
ragendo fragrabat . Per Dominum no-
strum , &c.

POST COMMUNIO.

Spiritum , Domine , fortitudinis hæc
nobis tribuat mensa cœlestis , quæ Bea-
ti Martiris tui Joannis pro Sacramento ho-
nore , tentatam constantiam jugiter alu-
it ad victoriam . Per Dominum nostrum ,
&c.

Die XVII. Maii.

I N F E S T O

S. PASCHALIS BAYLON

*Ordinis Minorum Discalceatorum Conf.
Duplex minus.*

*Omn. de Commu. Conf. non Pont. præter
Orat. & Eccl. ij. Noct.*

O R A T I O.

Deus , qui Beatum Paschalem Con-
fessorem tuum mirifica erga corpo-
ris , & sanguinis tui sacra mysteria dile-
ctione decorasti : concede propitiūs , ut
quam ille ex hoc Divino convivio spiri-
tus percepit pinguedinem , eandem & nos
percipere mereamur . Qui vivis , & re-
gnas cum Deo Patre , &c.

*Lectiones I. noct. de script. osc. In
secundo Nocturno.*

Le-

Lectio iv.

PAschalis Baylon, pauperibus, piisque parentibus in Oppido Turris Formosæ Seguntinæ Diœcesis in Aragonia natus, à teneris annis plura dedit futuræ sanctitatis indicia. Sortitus animam bonam, ac rerum cœlestium apprimè studiosam; pueritiam, atque adolescentiam in grexis custodiam transegit: quam ille vivendi rationem idèò præcipue diligebat, quod humilitati fovendæ, ac innocencie conservandæ, in primis utilem, atque opportunam judicaret. Erat in vicinâ medicus, in oratione assiduus, tanta que apud coœuos, & socios florebat auctoritate, & gratia, ut eorum lites componens, errores corrigens, ignorantiam erudiens, ac desidiam excitans, velut omnium parens, & magister, maximo studio coleretur, ac amaretur: Beatus etiam tum à plerisque appellatus. Tu autem Domine.

¶ Honestum fecit illum Dominus, &c.

Lectio v.

Qui verd in sæculo, terra nempè deferta, & inaquosa, adèò feliciter adoleverat, ut flos convallium plantatus in domo Domini, mirum ubique sparsit sanctitatis odorem. Igiter Paschalis arrepto vitæ severioris instituto, atque in Ordine Minorum Strictioris Observantiaz Discalceatorum cooptatus, exultavit, ut

ut gigas, ad currendam viam suam, totumque se Domino excolendum tradens, dies, noctesque cogitabat, qua se ratione magis ei, magisque conformaret. Ita factum est brevi, ut eum, tanquam Seraphicæ perfectionis exemplar, ipsi quoque proiectiores imitandum sibi propoñerent Ipse autem in humili servientium gradu constitutus, se velut omnium peripsema reputans, ardua quæque, & abjecta domus ministeria, veluti jure quodam peculiari sibi debita, summa cum hilaritate suscipiebat, & exercebat humilitate, ac patientia pari. Carnem spiritui quandoque reluctari nitenter jugi maceratione afflictavit, atque in servitatem rededit. Spiritum vero assidua sui abnegatione ferventiore in dies ad anterius extendebat. Tu autem Domine.

¶ Amavit eum Dominus, &c.

Lectio. vi.

Deiparam Virginem, cuius clientela se ab ineunte ætate dicaverat, tanquam matrem, quotidianis colebat obsequiis, atque filiali exorabat fiducia. Porro erga Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, difficile dictu est, quam ardenti teneretur devotionis affectu, quem defunctus etiam in cadavere retinere vi-sus est, dum jacens in feretro, ad facias hostiæ elevationem bis oculos referavit, & clausit magna omnium, qui aderant, admi-

admiratione . Ejusdem veritatem inter hereticos publicè , palamque professus; multa , & gravia ob eam causam perpessus est, crebrò etiam ad necem petitus , sed singulari Dei providentia impiorum manibus exceptus . Sæpè inter orandum omnibus destituebatur sensibus , dulcique languebat amoris deliquio : quo tempore cœlestem illam scientiam hausisse creditus est, qua homo rufis & illiteratus de mysteriis Fidei difficillimis respondere , atque aliquot etiam libros conscribere potuit. Denique meritis plenus , eadem , qua prædixerat , hora feliciter migravit ad Dominum . Anno salutis millesimo quincentesimo nonagesimo secundo , sexto decima Kalendas Junii ; eodem , quo natus fuerat , Festo Pentecostes recurrente ; annum agens secundum supra quinquagesimum . Quibus aliisque virtutibus insignem , ac miraculis tam in vita , quam post mortem clarum , Paulus V. Pontifex Maximus illum Beatum appellavit : Alexander autem VIII. Sanctorum Catalogo adscripsit . Tū autem Domine.

M. Iste homo perfecit omnia , &c.

In tertio Noct. Homil. in Ev. Sint Iulibi vestri , ut in commu. Conf. non Pont. i. loc.

Si venerit hoc Festum in Fer. ij. vel iv. Rogat. Lect. i. Noctur. Iustus , de dicto Commun. i. loco , & dicitur 9. Lect. de Homil.

nil. dictæ Fer. ij. vel iv. cum communi-
te eis in Laud.

*Missa: Os justi , de eodem communione
Prima Orat. ut sup. & Missa dicitur jux-
ta Rit. temp. Paschal. si tunc celebrat. &
n ipsa non dic. Credo , nisi venerit infra.
Et. Ascens. vel aliam uel secundum loca,
n quibus dictum Offic. & Miss. celebrat.*

Die XII. Junii.

I N F E S T O
S. JOANNIIS
 A S. FECUNDO
CONFESSORIS.

Duplex Min.

*Omnia de Communi Conf. non Pontificis
brater ea quæ sequuntur .*

*In ii. Vesp. de S. Barnaba Apost. fit comm.
S. Joan. à S. Fecundo.*

*Antiph. Similabo eum viro sapienti, qui
edificavit Domum suam supra petram .*

V. Amavit eum Dominus, & ornavit eum,

v. Stolam gloriae induit eum .

Oratio.

Deus auctor pacis , & amator charita-
tis, qui Beatum Joannem Confesso-
rem tuum mirifica diffidentes, componedi-
gratia decorasti: ejus meritis , & interces-
sione concede , ut in tua charitate firmati
nullis à te temptationibus separaremur . Per
Dominum .

De-

Deinde fit comm. SS. Basili. & Soc. Martyr.

In primo Nocturno, lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Joannem Sahaguni in Hispania nobili genere natum, parentes cum diu prole caruissent, piis operibus, & orationibus a Deo impetrarunt. Ab ineunte aetate egregium futuræ sanctitatis specimen dedit: nam è loco superiori ad ceteros pueros crebro verba faciebat, quibus eos ad virtutem, & Dei cultum hortabatur, eorumque dissidia componebat. In Patria Monachis Sancti Facundi Ordinis Sancti Benedicti primis litterarum rudimentis imbuendus traditur, dum iis operam daret, curavit Pater, ut Parochus, Ecclesiam administrasset, quod munus juvenis nullis rationibus adduci potuit, ut retineret. Inter familiares Episcopi Burgensis adscriptus, ob speciem statam ipsius probitatem intimus ei fuit, ab eoque Presbyter, & Canonicus factus, multis beneficiis auctoratus est. Sed relieta aula Episcopi, ut Deo quietius serviret omnibus Ecclesiæ proventibus abdicatis, secundam Sacello addixit, ubi sacrum quotidie faciebat, ac de rebus divinis magna cum auditorum edificatione frequenter concionabatur.

M. Honestum fecit illum Dominus, &
cu-

custodivit eum ab inimicis , & a seducto-
ribus tutavit illum , * Et dedit illi clarita-
tem aeternam .

* v. Justum deduxit Dominus per vias
rectas , & ostendit illi regnum Dei . Et
dedit .

Lectio v.

POstea studiorum causa Salmanticam
prefectus, in celebre Collegium Divi
Bartholomaei cooptatus, Sacerdotis munus
ita exercuit , ut simul optatis studiis in-
cumberet , & in sacris etiam concionibus
affiduè versaretur . Cum verò in gravissi-
mum morbum incidisset arctioris discipli-
næ voto se obstrinxit , quod, ut redderet ,
cum prius cuidam pauperi penè nudo ex-
duabus, quas tantum habebat vestes , me-
liorem dedisset, ad Cœnobium Sancti Au-
gustini severiori disciplina, tum maximè
florens, se contulit , in quo admissus obe-
dientia, animi demissione, vigiliis, ac ora-
tione proiectiores anteibat . Triclinii cu-
ra cum ipsi demandata esset , vini dolio-
lum ipso attingente omnibus Monachis
per annum abunde suffecit . Exacto tyro-
cinii anno , Praefecti jussu munus concio-
nandi suscepit . Salmanticae id temporis
adè cruentis factionibus divina humana-
que omnia permixta erant , ut singulis
propè modum horis cædes fierent , & om-
nium ordinum , ac præsertim nobilium
sanguine non viæ solum, & foro, sed tem-
pla

pla etiam redundarent.

v. Amavit eum Dominus , & ornavit eum , stolam glorie induit eum , * Et ad portas Paradisi coronavit eum .

v. Induit eum Dominus loricam fidei , & ornavit eum . Et ad portas .

Lectio iv.

AT Joannes tum concionibus,tum pri-
vatis colloquiis Civium animos de-
mulcens , ad tranquillitatem urbem re-
duxit . Virum Principem graviter offen-
dit , quod illius insubditos sævitiam in-
crepassest. Quia de causa Æquites duos im-
misit , qui eum in itinere confoderent :
jamque ad ipsum propinquaverant , cum
stupore divinitus immisso , simul cum
æquis immobiles steterunt , donec ad pe-
des Sancti viri provoluti sceleris veniam
præcarentur. Ipse quoque Princeps repen-
tino terrore percussus jam de salute despe-
raverat , cum revocato Joanne , facti pœ-
nitens incolumitati redditus est . Factiosi
etiam homines , cum eum fustibus pete-
rent , brachiis diriguere , nec ante redditæ
vires , quam delicti veniam præcarentur .
Christum Dominuni , dum Sacrum face-
ret , præsentem contueri , atque ex ipso Di-
vinitatis fonte cœlestia mysteria haurire
solitus. Abdita cordis inspicere , ac futu-
ra raro eventu præfigere fræquens illi fuit.
Fratriq; filiam septennem mortuam ex-
citavit. Denique mortis die prænuntiato,
&

& Ecclesiæ Sacramentis devotissime suscep-
tis, extremum diem clausit. Multis
ante, & post obitum miraculis gloriosus.

* Quibus ritè probatis Alexander Octavus
Sanctorum numero eum adscripsit.

v. Iste homo perfecit omnia, quæ locu-
tus est ei Deus, & dixit ad eum ingredere
in requiem meam. * Quia te vidi justum
coram me ex omnibus gentibus.

v. Iste est, qui contempsit vitam mun-
di, & pervenit ad cœlestia regna. Quia.
Gloria Patri. Quia.

*In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorii
Papæ in Evang. Sint lumbi vestri præcinc-
eti, ut in Communi Conf. non Pont.*

*Nona lectio SS. Mart. Basiliidis, & socior.
comm. in laud,*

*Missa Os justi, de Commun. prima Oratio
prop. ut supra, secunda SS. Mart. in 2. Vesp.
fit à cap. de S. Antonio de Padua cum eom.
. S. Joan. à S. Facundo.*

Die

Die XXV. Junii.

I N F E S T O

S. G U I L I E L M I
A B B A T I S

Fundatoris Benedictinae Congregationis
Montis Virginis.

D U P L E X.

Omnia de Communi Confess. non Pont. pra-
ter ea, quæ hic assignantur.

Lectiones primi Nocturni Jüstus, de Comm.
Lectio iv.

Guilielmus Nobilibus Paréibus Ver-
cellis in Insibria natus, vix qua-
rumdecimum ætatis Annum expleverat,
cum miro quodā pietatis ardore flagrans,
Compostellanam peregrinationem ad ce-
leberrimum S. Jacobi Templum aggressus
est. Quod iter una amictus tunica, ac dup-
plici ferrea circulo pīzeinctus, nudisque
pedibus prosecutus, at per prima frigoris, &
elitus, famis, & sitis summo cum vita di-
scrimine perspēsus est incommoda. Rever-
sus in Italiam, novam ad sanctum Do-
mini Sepulchrum peregrinationem mol-
itur: Sed quo minus propositum exequat-
ur, varia, atque gravissima intercedunt
impedimenta, divino nomine ad altiora,
& ianctora religiosam Juvenis ipdolem
retrahente. Postè in Soliculo Monte bē-
niū inter assiduas preces, vigilias, cha-

D meus

meunias, & jejunaia commoratus, divina subnixus ope, cœco lumen restituit, cuius miraculi fama percrebescente jam Guilielmus iterum Hierosolymam cogitat, & alacris se itineri committit.

Lectio vi.

DEI autem monitu, qui eidem apparuit, à proposito revocatur, utilior, ac fructuosior apud Italos, quām apud exteras Nationes futurus. Tum Monasterium Virgiliani Montis cacumine, quod deinde Virginis est appellatum, loco aspero, & inaccesso miranda exædificat celeritate. Socios deinde Viros, & Religiosos adsciscit, eosque ad vivendi normam Evangelicis præceptis, & Consiliis summopere accomodata tum ceteris legibus ex Beati Benedicti institutis magna ex parte desumptis, tum verbo, & Sanctissimæ Vitæ exemplis informat.

Lectio vi.

ALiis deinde Monasteriis erectis, clarior in dies Guilielmi facta Sanctitas, multos ad eum undique Viros perducit, Sanctitatis odore, & Miraculorum fama allectos. Nam inuti lequelam, surdi auditum, aridi vigorem, varioque, & immedicabili morbo laborantes, sanitatem ipsius intercessione receperunt. Aquamque vinum convertit, aliaque complura mirabilia patravit; inter quæ illud non sileendum, quod Muliercula ad ejus Castitatem ten-

tentādam, à Rogerio Neapolis Rege mis-
sa, in ardenti bus prunis, humi stratis ille-
sum se volutavit. Qua rei novitate exter-
rita . Rogerio rem getam illa refert : inde
in summam Viri Dei Venerationem Rex
adducitur. Demum tempore sui obitus Re-
gi aliisque prænuntiato, innumeris Virtu-
tibus , & Miraculis clarus obdormivit in
Domino Anno salutis millesimo centesi-
mo quadragesimo secundo .

*In tertia Noct. Homilia Sancti Hierony-
mi Presbyteri in Evangelium, Ecce nos, re-
liquimus omnia.*

Oratio.

Deus, qui infirmitati nostræ ad teren-
dum salutis viam. in Sanctis. Tu is
exemplum, & præsidium collocasti, da No-
bis, ita Beati Gulielmi Abbatis merita ve-
nerari, ut ejusdem excipiamus suffragia,
& vestigia prosequamur. Per Dñm, &c.

Missa Os Justi.

Die XVI. Junii.

OFFICIUM B. M. V.

DE MONTE CARMELO

Dup. Maj. per Orbem ex Decr. S. R.C.

sub die 24. Sept. 1726.

*Omnia ut in Offic. S.M. ad Nives die 5.
Augusti, præterea, quæ sequuntur.*

Ad Magnificat Antiphonam.

Sancta Maria succurre miseris, juva.

D 2

pu

pūsillanimes, rōfōve fēbiles, ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fēmineo fēxū : fentiant omnes tuum jovamen, quicquidque celebrant tuam solemnem Comniemorationēm.

Oratio.

Deus, qui Beatissimā semper Virgini, & Genitricis tue Mariæ singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti : concede propitius, ut cujus hodie Commemorationēm solemni celebramus officio, ejus munīti præsidis, ad gaudia eternā pervenire mereamur. Qui vivis.

IN. II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Cum sacra Pentecostes die Apostoli cœlitus afflati, variis linguis loquentur, & in vox eo augustissimo Iesu nomine, mira multa patrarent: viri plussimi (ut fertur) qui vestigiis sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Elisei institerant, & Joannis Baptiste præcone ad Christi adventum comparati fuerant, rerum veritate perfecta, atque probata, Evangelicam fidem confessim amplexati sunt, ac peculiari quedam affectu Beatis mam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuere) ad eō venerati cœperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, ubi Elias oīm ascendens in nēbulam, Virginis typo insigne

signem conspexerat, eidem purissimæ
Virgini Sacellum construxerint.

Lectione v.

Ad novum ergo Sacellum saepè quotidiè convenientes, ritibus suis, præcationibus, ac laudibus, Beatissimam Virginem, velut singularēm Ordinis tantam colebant. Quamobrem Fratres Beatae Mariæ de Monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modò confirmarunt, sed & Indulgentias peculiares iis. qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec vero nomenclaturam tantum magnificentissima Virgo tribuit, & tutelam; verum & insigne sacri Scapulæfis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœlesti hac ueste Ordo ille sacerdos digniceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demum cum olim in Europa, Ordo esset ignotus, & ob id apud Honoriū Tertiū non pauci pro illius extirpatione instarent, astitit Honorio noctu piissima Virgo Maria, planèque jussit, ut Institutum, & homines benignè completeretur.

Lectione vi.

Non in hoc tantum seculo Ordinem sibi tam acceptum multis prærogativis Beatissima Virgo insignivit, verum & in alio (cum ubique: & potentia, &

misericordia plurimūm valeat] filios in
Scapularis societatem relatos , qui absti-
nentiam modicam , precesque paucas eis
præscriptas frequentarunt , ac pro sui sta-
tus ratione castitatem coluerunt ; mater-
no planè affectu , dum igne Purgatorii
expiantur , solari , ac in cœlestem patriam
obtentu suo quātocūs piè creditur effer-
re . Tot ergo tantisque beneficiis Ordo
cumulatur , solemnem Beatissimæ Virgi-
nis Commemorationem ritu perpetuo ad
ejusdem Virginis gloriam quotannis ce-
lebrandam instituit .

Ad Benedictus .

Antiph. Caput tuum , ut Carmelus , &
cœmæ capitis tui , sicut purpura Regis
victoriarib[us] . Allel .

Ad Magnificat .

Antiph. Gloria Libani data est ei , de-
cet Carmeli , & Saron . Allel .

Do-

Dominica prima Octobris.

I N F E S T O

SS. R O S A R I I B. M. V I R G I N I S

Lectiones propriæ Secundi nocturni,
& Orationes Officii, & Missæ

*A Sac. Rituum Congregatione recognita
et approbatæ, et ab omnibus utriusque
sexus eam Sacularibus, quam Regulari-
bus, qui ad horas Canonicas tenentur, in-
posterum recitanda.*

I N II. NOCTURNO.

Lectio vi.

Cillum Albigenium hæresis per Tolosanum regionem impiè graftaretur, atque altius in dies radices ageret; Santos Dominicos, qui nuper Prædicatorum Ordinis fundamenta jecerat, ad eam convellendam totus incubuit. Id, ut prætaret validius: auxilium Beatæ Virginis, cuius dignitas illis erroribus impudentissimè petebatur; cuique dæcum eit cunctas hæreses interimere in universo Mundo, enixiis precibus imploravit: à qua (ut memorie proditum est) cum monitus esset, ut Rosarium Populis prædicaret, velut singulare adversus hæreses, ac virtua præsidium mirum est, quando mentis fervore, & quam felici successu injunctum sibi munus sit executus; Est au-

D 4 tem

tem Rosarium certa prædicandi formula, qua quindecim Angelicarum Salutationis decades, oratione Dominica interjecta, distinguimus, & ad earum singulas totidem nostræ reparationis mysteria pia meditatione recolimus. Ex eo ergo tempore pius hic orandi modus mirabiliter per Sanctum Dominicum promulgari, augerique cœpit; quem ejusdem Institutorem, Authoremque fuisse Summi Pontifices, Apostolicis literis, passim affirmarunt. Tu autem &c.

Lectio v.

¶ Numerabiles porrò fructus ex hac tam salutari institutione in Christianam Rēpublicam dimanarunt, inter quos Victoria illa merito numeratus, quam Sanctissimus Pontifex Pius V., & ab eo inflammati Christiani Princeps apud Echinandas Insulas de Turcarum Tyranno potentissimo reportarunt. Nam, cum illa ipsa die ea Victoria relata sit, qua die Sanctissimi Rosarii Sodalitates per universum Orbem consuetas supplicationes peragerent, statutasque preces de more fundarent, iis precibus hand immitis referunt accepta. Quod quidem cum etiam Gregorius Tertius decimus testatus esset, ut pro tam singulari beneficio Beatae Virginis sub appellatione Rosarii, perennes gratiae ubique Terrarum haberentur; in Ecclesiis omnibus, in quibus Altare Ro-

(xii)

sarii perennes gratiae ubique Tertiarum haberentur; in Ecclesiis omnibus, in quibus Altare Rosarii foret, prima quaque Octobris Dominica Officium rite duplii majori perpetuo celebrandum indicavit: aliquique Pontifices Rosarium recitantibus, ejusdemque Rosarii Sodalitatibus Indulgentias pene innumeras concessere. Tu autem, &c.

Lectio vi.

Nuper vero Clemens Undecimus anno millesimo septingentesimo decimosexto in Hungaria Regno à Carolo Sexto in Imperatorem Romanorum electo, de innumeris Turcarum copiis relatam, eo die contigit, quo Festum Dedicacionis S. Mariæ ad Nubes celebraretur, atque eodem saepe tempore, quo Sanctissimi Rosarii Confratres publicam, solemnèque supplicationem in Alma Urbe ingenti Populi concursu, magna que religione peragentes, servidas ad Deum preces pro Turcarum depressione fundarent, ac potentem opem Deiparæ Virginis in auxilium Christianorum humiliter implorarent; eam ob rem, Victoriam illam, necnon liberatam paulò post eorumdem Turcarum obsidione Concyrensem Insulam ejusdem Beatæ Virginis patrocinio pie censuit adscribendam. Quamobrem, ut hujus quoque tam ipsius be-

neficii perennis semper , & memoria extaret , & gratia : Sanctissimi Rosarii Festum eadem die , eodemque ritu celebrandum ad Ecclesiam universalem extendit . Haec autem omnia Benedictus Decimus tertius in Breviario Romano novissime apponi jussit . Sanctissimi ergo Dei Genitricem cultu hoc eidem gratissimo jugiter veneremur , quæ toties Christi fidibus , Rosarii precibus exorata , terrenos Hostes profigare dedit , ac perdere , infernos pariter superare concedat . Tu autem &c.

Oratio *

Deus , cujus Unigenitus , per Vitam Mortem , & Resurrectionem suam , nobis salutis æternæ præmia comparavit ; Concede quæsumus , ut haec mysteria Sanctissimo Beatae Mariæ Virginis Rosario recolentes , & imitemur , quod continent ; & quod promittunt ; assequamur . Per eundem &c.

Secræta.

Fac nos quæsumus , Domine , his muneribus offerendis convenienter aptati , & per Sanctissimi Rosarii mysteria sic Vitam , Passionem , & Gloriam Unigeniti tui recolere , ut ejus digni promissionibus efficiamur . Per eundem &c.

Postcommunio.

Sanctissimæ Genitricis tue , cujus Rosarium celebramus , quæsumus Domine ,

mine, præcibus adjuyemus; ut, & my-
steriorum, quæ recolimus, virtus perci-
piatur, & Sacramentorum, quæ sumpsi-
mus, obtineatur effectus. Qui vivis &c.

Die 10. Octobris.

I N F E S T O

S. LUDOVICI BERTRANDI

Ordinis Prædicatorum Confessoris
non Pontificis.

PRO II. NOCTURNO.

Lectio i.

Ludovicus Bertrandus Valentia in Hispania Tarragonensi, honestis, piisque Parentibus natus, ab ipsa pœnè infantia, sanctitatis, ac pœnitentiae tyrocinium inchoavit. Exacta pueritia interdum nuda cubabat humo, noctes sæpe ducebat in somnes, ac in pietatis, & charitatis officia sedulus incumbebat. Mundus contemptu, ac Religiosæ vitae amore succensus, Patentum artes, qui huius eum à sancto proposito dimovere conabantur, mira constantia superavit. Sui tandem voti compos effectus, Prædicatorum Ordini nomen dedit, ubi brevi tantum profecit, ut vel prosectoribus ipsis, quam vis Tyro fuerit exemplo. Emessa professione, mirum quot, & quantis virtutum incrementis priorem vitæ rationem cœ-
mē.

D. 6

mulavit. Jejuniis, flagellis ciliciis, vigiliisque carnem domans, mentem iungi orationis pabulo nutriebat, ex quo tantum interne animi modestiae, ac puritatis hauriebat, ut vel in ejus oculis, ac vultu appareret. Tu autem.

Lectio ii.

A Dhuc iayenis Novitiorum praefectus, initiationi, eos ad omnem verbo & exemplo Sanctimoniam efformabat. Ad Occidentales Indos Evangelicus Prædicator missus, quamvis uno tantum Hispanico uteretur idiomate, cum tamen diversæ, atque inter se dissitæ Nationes, sua veluti loquentem lingua, singulæ audiebant, ex quibus innumeros ad Christianam fidem adduxit; ibique venenum non semel sibi à barbaris propinatum innocè haufit. Publicam vitiosum objurgationem, tamquam in se unum directam. Nobilis quidam vulturus, mortem Ludovicō intentat, cum striatus in eum scopolus, in Crucifixi fermam reperire convertitur; Quo miraculo nefarius Aggressor permotus, ad Sancti Viri pedes provocatus, tanti facinoris veniam equum deprecatus. Tu autem.

Lectio iii.

H umilitate, ac patientia insignis; illud identidem usurpabat, Domine hic ure, hic seca, hic non parcas, ne in æternum parcas, Prophætico afflatus.

tus spiritu , multa predixit . Ignem si-
gno Crucis extinxit , tempestatem sed-
vit , ferarum impetus cohibuit , Mo-
tuis vitam , Cæcis visam , Claudiis gressum ,
Suedis reddidit auditum . Tandem durio-
nis pœnitentiae laboribus fractus , in mor-
bum incidit , Sacrisque Mysteriis ritè ex-
piatus , migravit in Cœlum , septimo
Idus Octobris , anno millesimo quinzen-
tesimo octogesimo primo , ætatis vero suæ
quinquagessimo quinto . Quem multis
etiam post obitum miraculis clarum , Pau-
lus Quintus Beatorum , Clemens vero
X. Sanctorum numero adscripsit . Ejus
demum festum Alexander VIII. instante
Rege Catholico ab universo ditionis ipsi-
us Clero sæculari , sub ritu duplici cele-
brandum decrevit , Sanctumque Confes-
sorem novi Regni Granatensis Patronum
Apostolica auctoritate declaravit . Tu
autem .

Oratio.

Deus qui beatum Ludovicum Con-
fessorem tuum per corporis morti-
ficationem , & fidei præconium , Sancto-
rum gloriae cœquasti ; præsta , ut quod
fide proferimus , pietatis operibus jux-
tas impleamus . Per Dominum .

Dic

Die vix. Octobris.

I N F E S T O

S. EDUVICIS R. POLONIÆ VID.

Semid. de præc. in toto Orbe, ut ex
Decr. S. R. C. sub die 27. Mart. 1706.

Oratio.

Deus qui Beatam Eduvigem à secuili
pompa ad humilem tuæ Crucis se-
quelam toto corde transire docuisti con-
cede, ut ejus meritis, & exemplo disca-
mus perituras mundi calcare délicias, &
in amplexu tuæ Crucis oannia nobis ad-
versaria superare. Qui vivis, &c.

Die 25. Octobris.

I N F E S T O SANCTORUM

GAVINI, PROTHI ET JANVARII

Martyrum Turtitanorum

D U P L E X.

Oratio.

Deus, qui per Beatos Martyres tuos
Gavimum, Prothum, & Januarium
Ecclesiam tuam mirabiliter illustrare di-
gnatus es; concede nobis famulis tuis, ut
quos Patronos veneramur in terris, in-
tercessores habere mereamus in cœlis. Per
Dominum, &c.

Lxx

Lectio iv.

Prothus Sacerdos, & Januarius Diaconus Turribus in Sardinia nati, quo tempore Diocletianus Imperator insatiablem crudelitatem in Christianos exercebat, Romam profecti, & a Cajo Sanctissimo Pontifice ordinati, atque in Sardiniam reversi, fidem Christi Turribus praedicabant. Deique gratia aspirante plures Gentiles ad veri Dei cultum perduxerunt: inter quos maximè enituit Gavinius Romanus miles ex præclaris ut fuisse Sabellorum familia: qua de causa Barbari Præsidis jussu comprehensi, futurò carcere macerati, in æquuleo suspensi, ferreis ungulis dilaniati, variisque tormentorum generibus vexati sunt, sed Deo protegente, illæsi ab illis evaserunt.

Lectio v.

Mox Prothus Præbbyter in Herculis insulam, quæ Linaria vulgo dicitur, tunc noxiis animalibus refertam, jubente Præside, deportatus fuit, ut à feris devoraretur; ubi cibo, atque omni humana ope penitus destitutus, multis calamitatibus vexatus fuit; Sed divinis laudibus intendens, ab eo, qui dat escam esurientibus, mirabiliter enutritus, hoc etiam suis precibus impetrasse dicitur, ut omnes noxiæ feræ in ea insula, ac vicina Sardinia, usque in præsentem diem extinctæ omnino fuerint. At vero Janua-

sius

rius junior donis, & blanditiis tentatus, ut à fide deficeret, in ejus confessione immobilis perseveravit. Quare praeses novis eum tormentis simul cum Protho, quem ab exilio revocaverat, subjecit, & Gavino militi, virumque tradidit custodiendum. Porro Gavinus ab ipsis ad Christum conversus, & aqua salutari ablutus, liberos illos dimisit, quod infantes eos, & sine causa vincos diceret.

Lectio vi.

I Dcum Tyranno innotuisset, suasionibus, & illecebris ad Idolorum cultum Gavinum revocare conatus est, quem in suscepta Religione constantissimum repertum, capitali sententiam puniti mandavit in Portu Balagai; Quo loco etiam Prothus, & Januarius, qui in Suburbano Tugrium loco latentes, ab ipso Gavino in visu ad Martyrii palmam invitati fuerant, decollati sunt die vigesima quinta Octobris. Horum corpora, Tyranno imperante, in Mare projecta, mox ab Incolis Christianis juxta litus reperta, & in Ecclesia, magnificentissime extorta, ac eorum nomine consecrata, colloquata fuerunt, ubi à toto Sardiniae Regno, & præcipue à Provincia Turritana, quæ in honorem Sancti Gavini, mensie Octobris Sanctum Gavinum appellat, in genti concursu, & Populi veneratione coluntur.

Die

Die ix. Novembris.

I N F E S T O

DEDICATIONIS BASILICÆ SS. SALVATORIS

Verba addenda in fine vi. Lectionis

ii. Noct. ex Decr. C. R. C. sub die

13. Septembris 1726.

Eandem Ecclesiam incendiis, Variationibus, Terræ insuper motibus disiectam, evasamque, ac sedula Summorū Pontificum cura reparatam, nova postmodum molitione restitutam **BENEDICTUS XIII.** Pontifex maximus Ordinis Predicatorum die vigesima Octava Aprilis Anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti ritu sollempni consecravit, ejusque celebritatis memoriam hac die recordandam statuit.

Die X. Novembris.

I N F E S T O

S. ANDREÆ AVELLINI CLERICI REGULARIS.

S E M I D U P L E X.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis primo loco, præter ea, que sequuntur.

O R A T I O.

Deus, qui in corde Beati Andreae Confessoris tui, per arduum quotidie

tidiè in virtutibus proficiendi vōtum admirabiles ad te ascensiones dispoluisti: concede nobis ipsius meritis, & intercessione, ita ejusdem gratiae participes fieri, ut perfectiora semper exequens ad gloriæ tue fastigium feliciter perducamur.

IN I. NOCTUROO.

Lectiones de scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Andreas Avellinus, d^o sus antea Lancellottus, apud Castrum Novum Lucaniae pagum natus, inter ipsa infantes primordie furoræ sanctitatis non obscura præbuit indicia: Adolescens ad litteras addiscendas paterna è domo egressus lubricam illius ætatis semitam inter hominum artium studia ita peregit, ut sapientiae initium, quod est timor Domini, ob oculos potissimum habere nunquam prætermiserit: Cum egregia proinde forma eximum castitatis studium coniunxit, quo impudicas sœpè mulierum insidias elusit, interducit etiam apertam vim propulsavit. Clericali militiæ jam pridem adscriptus Neapolim se contulit, ut legalibus disciplinis vacaret, ibique jurisprudentiæ lauream adeptus, atque intera sacerdotalem dignitatem enectus, ceusatum patrocinia in foro dumtaxat Ecclesiastico, preque privatis quibusdam personis juxta Sacrorum Canonum sanctio-

nes

nes agere cœpit; Verù cum aliquando
inter causam agendam levi ei mendacium
excipisset, mox verò fortuita factarum
Scripturarum lectione in illa verba inci-
disset: Os quod mentitur occidit animam.
tāto ejus culpæ doloræ, ac pœnitentia
correptus est, ut statim ab ejusmodi vi-
tae instituto sibi recedendum esse duxerit.
Itaque abdicatis forensibus curis se totum
divino cultui, sacrisque ministerijs man-
cipavit, cumque Ecclesiasticæ virtutis
exemplis eminebat, sanctimonialium re-
gimiñi à tunc existente Archiepiscopo
Neapolitano Praefectus fuit. Quo in mu-
nere cum prævorum hominum odia sub-
iisset, primo quidem intentat sibi necis
periculum declinavit, mox verò per Si-
carium tribus in facie acceptis vulneribus
injuriae atrocitatem sequo animo pertulit
Tunc perfectioris vitæ desiderio flagrans;
ut inter Clericos Regulares adscriberetur
Suppliciter postulavit, votique compos-
factus, ob ingentem, quo æstuabat Cru-
cis amorem, ut sibi Andreæ nomen im-
ponetur precibus impetravit.

Lætio v.

A Rectoris itaque vitæ curriculum ala-
cri studio ingressus, in eas maximè
virtutis exercitationes incubuit, ad quas
se se arduis etiam emissis votis obstrinxit,
altero scilicet fusa ipsius voluntati jugiter
obstendi, altero verò in via Christianæ
per-

perfectionis semper ulterius progrediens. Regularis disciplinæ cultor assiduus, & in ea promovenda, cum aliis p̄cesset, studiosissimus fuit. Quiquid ab Instituto sui Officii, & Regula p̄scripto supererat temporis, orationi, & animarum saluti tribuebat. In confessionibus excipiendis mira ejus pietas, & prudentia enituit, viros, & oppida Neapoli finitima Evangelicis ministeriis magno cum animarum lucro fr̄quentis lustrabat. Quam ardorem erga proximos sancti viri charitatem signis etiam Dominus illustravit. Cum enim intempesta nocte ab audita ægri confessione domum rediret, ac pluvia, ventorumque vis præluculentem faciem extinxisset, non solum ipse cum sociis inter effusissimos imbes, nihil malefactus est, verum etiam inusitato splendore, è suo corpore mirabiliter emicante, sociis mater densissimas tenebras inter monstravit. Abstinencia, & patientia nec non abjectione, atque odio sui fumis opere prækritit. Necem fratris filio filtrata imperturbato animo tulit, ac suos ab omni ulciscendi cupiditate compescuit, immo etiam pro imperfectioribus opem, & misericordiam Judicum imploravit.

Lectio vi.

Pluribus iu locis Clericorum Regularium Ordinem propagavit, eorumque domicilia Mediolani, & Placentie insti-

instituit. Illius operam S. Carolus Borromeus, & Paulus de Aretio Clericus Regularis Cardinales, quibus erat acceptissimus, in Pastoralis munericis curis adhibuerunt. Deiparam Virginem singulari amore, & cultu prosequebatur. Angelorum colloquio perfui mesuit, quos cum divinas laudes persolveret, e regione concinentes se audisse testatus est. Denique post heroica virtutum exempla, Prophetiae quoque dono illustris, quo & secreta cordium, & absentia, & futura prospexit, annis gravis, & laboribus frangus, ad Altam celebraturus in verbis illis tertidi repetitis: Intraibo ad Altare, Altare Dei, repentina apoplexie morbo correptus est, mox Sacramentis ritè manutus, placidissime inter suos animum effiavit. Ejus corpus Neapoli in Ecclesia S. Pauli ad hæc usque tempora eo frequenter etissimo Populi concursu colitur, quo fuit elatum. Illum denique insignibus in vita, & post mortem miraculis clarum Clemens XI. Pontifex Maximus. solemniter in Catalogo adscriptus.

Die

Die IX. Decembris.

I N F E S T O

**S. PETRI CRISOLOGI
EPISCOPI, ET CONFESSORIS**

D U P L E X.

*Omnia de Communi Confessoris Pontificis,
præter ea, quæ hic habentur propria.*

IN PRIMIS VESPERIS

*Antiph. Ecce Sacerdos, &c. cum rel. Psalmis de Dominica, loco ult. Psalmi Laudate Dominum cimnes gentes, &c.**In Hymno dicitur. Meruit supr. &c.**Ad Magnificat. Antiphona.**O Doctor optime, Ecclæsiae sanctæ lumen, Beate Petre Crifologe, divinæ legis auctor, deprecare pro nobis Filium Dei.*

O R A T I O.

Deus qui Beatum Petrum Chrysologum, Doctorem egregium, divinitus præmonstratum ad regendam, & instant uendam Ecclesiam tuam eligi voluisti: praesta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris Intercessorem habere mereamur in Cœlis. Per Dominum nostrum, &c.

AD

AD MATUTINUM.

*In primo Nocturno Lectiones de communione
Conf. Pont. i. loc. Fidelis termo.*

IN II. NOCTURNO.

Lectione iv.

Petrus, qui ob auream ejus eloquentiam Crytologi cognomen adeptus est, Foro Cornelii in Aemilia honore parentibus natus, à prima aetate animum ad Religionem adiiciens; Cornelio Romanum ejusdem Urbis Cornelienensis Episcopo & operam dedit: à quo etiam scientia, & vita sanctitate cum brevi profecisset, Diaconus creatus est. Postmodum contigit, ut Ravennates ob mortem Archiprætulis sui alium. (ut moris erat) ab eis electum Romanum ad Sanctum Sextum Papam Tertium pro confirmatione miserint una cum Legatis suis, & cum predicto Cornelio, qui eundem Levitam secumperduxit. Interim Sanctus Petrus Apostolus, & Martyr Apollinaris Summo Pontifici in somnis apparuerunt, mediumque habentes hunc Juvenem, jusserunt, ut illum, & non alium, in Archiepiscoporum Ravennæ crearet. Hinc Pontifex, mox, ut vidit Petrum cognovit eum à Domino Deo preelectum: propterea rejecto illo, quem ipsi offerebant hunc solum, anno Christi quadragegesimo trigesimo tertio, illi Metropolitanæ præfecit Ecclesie. Quod cum Legati Ravennenses

agere

ægræ ferrent:, audita visione, Divinæ voluntati libenter acquiescentes, novum Archiepiscopum maxima cum reverentia suscepérunt. Tu autem &c;

v. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. * Manus enim mea auxilhabitur ei.

v. Nihil proficiet inimicus in eo; filius iniquitaris non nocebit ei Manus &c.

Lectio v.

P Etrus igitur, licet invitus in Archipræsulem consecratus Ravennam ducitur: ubi à Valentíniano Imperatore, & Gallia Placidiae ejus matre, ac ab universo Populo maxima laetitia exceptus est. Et ille ab eis id unum petere dixit, ut, quando tantum oneris pro ipsorum salute subire non recusavit, studearent ipsi monitis suis obtemperare, Divinisque præceptis non oblistere. Duorum Sanctorum tunc ibi defancrorum corpora optimis anguentis condita sepelivit, Ba^mtiani videlicet Præbbyteri, & Germani Antisiodorensis Episcopi; cuius etiam cullam, & cilicium sibi vindicavit in hereditatem. Projectum, & Marcellinum in Episcopos ordinavit. In Classe fonten extruxit magnitudinis verè admirabilis, & Templa quædam magnifica ædificavit tuus. Beato Andréæ Apostolo, tum aliis Sanctis Ludos ab hominibus personatis cum variis saltationibus Kalendis Janua-

rii fieri solitos concione cohibuit, acer-
ma; ubi inter alia illud præclare dixit:
Qui locari voluerit cum Diabolo, non
poterit gaudere cum Christo Jussu Sancti
Leonis Papæ Primi scripsit postea ad Chal-
cedonense Concilium aduersus Hæresim
Euthycen ipsum, & alia epistola, quæ
eidem Concilio in novis editionibus pre-
fixa, & in Annales Ecclesiasticos relata
fuit. Tu autem Domine &c.

¶. Posui adjutorium super potentem, &
exaltavi electum de plebe mea: Manus
enim mea euxiliabitur ei.

¶. Inveni David servum meum. oles
sancto meo unxi eum. Manus, &c.

Lectio vi.

Dum publice sermones haberet ad po-
pulum, adeo vehemens erat in do-
cendo, ut præ nimio ardore vox illi in-
terdum defecerit: sicut contingit in con-
cione mulieris Hæmorrhœfæ. Unde Ra-
vennates commeti, tot lachrymis, cla-
moribus, & orationibus locum repleve-
runt: ut postea ipse gratias ageret Deo,
quod in lucrum amoris verterit dampnum
ejusdem sermonis. Cum tandem annos
circiter deceim, & oculo eam Ecclesiam
sanctissime rexisset, laborum suorum
finem adesse divinitus prænoscens, in Pa-
triā se contulit. Ubi Sancti Cassiani
Templum ingressus, magnum Diadema
augeum, gemmis distinctum prætiosissi-

mis offerens, super Altare majus posuit, nec non aureum craterem, & patenam argenteam, quam tum rabidi Canis mortuus, tum febres sanare saepius expertum est, aqua inde demissa. Ex tunc Ravenates, qui eumdem secuti fuerant, dimisit, admonens, ut in eligendo optimo Pastore invigilarent attente, Mox Deum humiliter precatus, & Sanctum Cassianum Patronum, ut benigne animam ejus exciperet, tertio nonas Decembris placide ex hac vita migravit, anno Domini circiter quadrincentesimo quinquagesimo. Sacrum illius Corpus communi totius Civitatis fletu, ac pietate, prope Corpus ejusdem Sancti Cassiani honorifice conditum, nostris etiam temporibus religiosè colitur: cuius tamen brachium, auro, & gemmis ornatum Ravennam delatum in Ursiana Aede veperatur. Tu autem Domine &c.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat &c.

IN III, NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matrh.

Lectio vii.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ; quod si sat evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib. I. Serm. Domini in monte.

Cap. 6. comm. 4.

O Stendit Dominus, fatuos esse iudicandos, qui temporalium bonorum, vel copiam sedantes, vel inopiam metuentes, amittunt æternam, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? ideit, si vos, per quos condendi sunt quodammodo populi, metu persecutionum temporalium amiseritis regna cœlorum, qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus; per quo errorem auferat cæterorum? Tu autem &c.

w. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriae induit eum: * Et ad portas Paradisi coronavit eum.

w. Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Ed ad portas &c.

Lectio viii.

Ergo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, & conculeverit ab hominibus, qui patitur persecutionem, sed qui persecutionem timendo

E 2 infat-

infatuatus : Calcari enim non potest, nisi inferior, sed inferior non est, qui quamvis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in caelo est. Tu autem &c.

v. In medio Ecclesiae aperuit os ejus: Et implevit eum Dominus spiritu sapientiae, & intellectus.

v. Jucunditatem, & exultationem thesaurizavit super eum . Et implevit. Gloria Patri &c. Et implevit.

Lectio ix.

Vos estis lumen mundi. Quomodo superius dixit sal terrae, sic nunc dicit lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus: sed homines, qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis, & extinguendis putoribus Apostolicum salem Dominus misit in mundum; & hic mundum; non Cœlum, & terram, sed homines qui sunt in mundo, vel diligunt mundum oportet intelligi, quibus illuminandis Apostoli missi sunt. Non potest Civitas abscondi supra montem posita: id est, fundata super insignem, magnamque justitiam, quam significat etiam ipse mons, in quo disputat Dominus. Tu autem Domine &c. Te Deum &c.

AD LAUDES, ET HORAS.

Antiph. Psalm. &c. Versiculi &c. de eodem Commiss. Oratione.

Deus

Deus, qui beatum &c.

IN II. VESPERIS.

*Omnia, ut in primis Vesperis, sed loco
ultim. Psal. Memento Domine David.*

*v. Juxta deduxit Dominus per vias
rectas. v. Et ostendit illi Regnum Dei.*

Ad Magnificat Antiphona.

O Doctor optime &c. Oratio. Deus;
qui beatum &c. ut supra in Vesperis &c,

Die xvi. Decembris.

I N F E S T O

S A E U S E B I I
EPISCOPI, ET MARTIRIS.

S E M I D U P L E X.

*Onomia de Communi unius Martyris pre-
ter ea, quae hic assignantur.*

Oratio.

D Eus, qui nos Beati Eusebii Martyris
tui, atque Pontificis annua solen-
nitate laetificas; concede propitius, ut
cujus natalitia colimus de ejusdem etiam
protectione gaudemus. Per Dominum
noscum.

Deinde fit commemoratione Feria Adver-
sus.

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de Script. occur. si vero ~~venit~~
rit in Fer. Quat. Temp. A Mileto.*

IN

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Eusebius natione Sardus, Romanae Urbis Lector post Vercellensis Episcopus, ad hanc regendam Ecclesiam merito est creditus divino electus judicio; nam quem nunquam ante constituti Elegores cognoverant, post habitis civibus: simul ut viderunt, & probaverunt; tandemque interfuit ut probaretur, quem ut videretur. Primus in Occidentia partibus in eadem Ecclesia eosdem Monachos instituit esse, quos Clericos, ut esset in ipsis virtutis & contemptus rerum, & accuratio Levitarum, Arianis impietibus ea tempestate per Occidentem longe lateque traductis, adversus eas viriliter sic dimicavit, ut ejus invicta fides Libetium Summum Pontificem ad vitam solitum erigeret. Quare hic sciens, in ipso servore Spiritum Dei, cum ei significasset: ut p̄nes Imperatorem una cū suis Legatis patrocinium Fidei susciperet, mox cum istis profectus est ad Constantium, apud quem enixius agens, quidquid legatione petebatur, obtinuit, ut Episcoporum nempe coetus celebraretur.

Lectio v.

Collectum est Mediolani anno sequenti Concilium, ad quod à Constantio invitatum Eusebium, concupitumque, ac vocatum à Liberii Legatis, tam-

tum abest ut malignantium Synagoga Arianorum contra S. Athanasiū furentium, in suas partes adduceret, ut potius diserte statim ipse declarans, è presentibus quosdam tibi compertos labi pollutos, Nicenam imo fidem proposuerit iis subscribendam, antequam cætera tractarentur. Quod Arianis acerbe iratis negantibus, ne dum in Athanasium recusavit ipse subscripserat, captivatam simplicitatem ingeniosissime liberavit. Quamobrem illi graviter indignantes, post multas illatas injurias, exilio illum mulierarunt; sed Sanctus vir excuso pulvere, nec Cæsaris minas veritus, nec enses distractos, exilium veluti sui Ministerii officium accepit, missusque Scythopolim, famem, sitim, verbera, diversaque supplicia perpeccus, pro fide strenue vitam contempsit, mortem non metuit, corpus carnificibus tradidit.

Lectio vi.

Qllanta in eum tuac Arianorum crudelitas fuerit, ac effrons inverecundia, ostendunt graves literæ plenæ roboris, pietatis, ac religionis, quas è Scythopoli scripsit ad Vercellensem Clerum, & populum, aliosque finitos; è quibus etiam est exploratum, ipsorum neminis, inhumanaque saevitia potuisse unquam eum deterrerri, nec serpentina blanda subtilitate ad eorum societatem per-

duci. Hinc in Cappadociam , postremoque ad suos periores Ægypti Thebaidas præ constata a sua deportatus , exilii rigores tulit ad mortem usque Constantii , post quem ad gregem suum reverti permisus , non prius redire voluit , quam reparandis Fidei jacturis ad Alexandrinam Synodum se se conferret , postque medici præstantis instar peragrans Orientis proviicias in Fide infirmos ad integrum valetudinem restituaret , eos instituens in Ecclesiæ doctrina . Inde salubritate pari digresso in Illyricum , tandemque in Italiam delato , ad ejus reditum lugubres vester Italia mutavit : ubi postquam Psalmorum omnium expurgatos à se commentarios Origenis edidit , Eusebiique Cælareensis , quæ verterat de Greco in Latinum , demum tot egregiè factis illustris , ad immarcescibilem gloriae coronam tantis ætumnis premeritam , sub Valentiniana & Valente , Verellis migravit.

Intertio Nocturno, Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium, Si quis vult post me venire, ut in Comm. unius Mart. secundo loco, n. viii. Domine prævenisti.

Missa Sacerdotes Dei, ut in eodem Communi secundo loco, & fit commiss. Feria.

Die

Die 18. Decembris.

I N F E S T O
EXPECTATIONIS PARTUS
BEATÆ MARIAE
VIRGINIS.

Duplex Majus ad libitum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Missus est Gabriel Angelus . . cum reliquo
de Laudibus Psalm. Dixit Dominus . Lau-
date pueri . Lætatus sum . Nisi Dominus .
Lauda Jerusalēm . ut in Officio parvum
Bentæ Mariae .

Capitulum. Isa. II.

Egregiatur virga de radice Jesse , &
flos de radice ejus ascendet . Et re-
quesket super eum spiritus Domini .

Hymnus. Creator alme siderum . ut in
primis Vesperis Dominica primo Adven-
tus .

Et in fine omni. Hymnor. dicitur:

Virtus honor , laus , gloria

Deo Patri cum Filio ,

Sancto simul Paracclito ,

In sæculorum sæcula. Amen.

V. Ave Maria , gratia plena.

R. Dominus tecum .

Ad Magnificat, Antiphona.

Spiritus Sanctus in te descendet , Maria;
ne timeas , habebis in utero Filium Dei ,
alleluja .

Oratio.

Deus. qui de Beatae Mariæ Virginis utero, Verbum tuum Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis; ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eumdem, &c.

Et fit commemor. Adventus Antiphona. za O.

Ad Matutinam, Invitatorium.

Ave Maria, gratia plena: * Dominus tecum. *Psal.* Venite. *Hymnus.* Verbum supernum prodiens. *ut in Dom. prima Advent.*

In primo Noctur. Antiphona,

Ecce Dominus noster cum virtute veniet, & illuminabit oculos servorum suorum, alleluja.

Psal. Domine Dominus noster.

Antiph. Rorate Cœli desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Psal. Cœli enarrant.

Antiph. Ecce nomen Domini de longinquo; & claritas ejus replet orbem terrarum.

Psalms. Domini est terra.

V. Ex Sion species decoris ejus.

V. Deus noster manifestè veniet.

De Iaia Propheta.

Lectio i.

ET adjecit Dominus loqui ad Acaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum suprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti eritis, & Deo meo Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum, & mel comedet, ut sciatur reprobare malum, & eligere bonum. ¶ Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat quemmittendus est: Et ipse erit expectatio gentium. ¶ Pulchriores sunt oculi ejus vino: & dentes ejus lacte candidiores, Et ipse.

Lectio ii.

Cap. II.

ET egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, Et requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pie-tatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Nō secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in justitia pauperes,

E. 6.

& ar-

& arguet in æquitate pro mansuetis terre:
& percutiet terram virga oris sui : & spi-
ritu labiorum suorum interficiet impium.
Et erit justitia cingulum lumenq[ue] ejus:
& fides cinctorium renum ejus.

v. Orietur stella ex Jacob: & confurget
homo de Israel , & confringet omnes du-
ces alienigenarum : * Et erit omnis ter-
ra posseffio ejus.

v. De Jacob erit qui dominabitur, & per-
det reliquias Civitatis . Et erit.

Lectio iii.

Cap. 35.

Læbit deserta , & invia , & exulta-
bit solitudo , & florebit quasi lilyum.
Germinans germinabit , & exultabit læ-
tabunda & laudans : gloria Libani data
est ei : decor Carmeli , & Saron : ipsi vi-
debunt gloriam Domini , & decorum
Dei nostri . Confortate manus dissolatas,
& genua debilia roborate . Dicite pusilla-
nimes ; Confortamini , & nolite timere
cece Deus vester ultioem adducet retrac-
tionis : Deus ipse veniet , & salvabit
vos . Tunc aperientur oculi cæcorum , &
sures surdorum patebunt . Tunc saliet
scut cervus claudus , & aperta erit lin-
gua matorum : quia sciæ sunt in deser-
to aquæ , & torrentes in solitudine . Et
qua erat arida , erit in stagnum , & siti-
ens in fontes aquarum.

v. Descenderet Dominus scut pluvia in
tellus : orietur in diebus ejus justitia: * Et
abundantia pacis.

v. Et

¶. Et adorabunt eum omnes reges : omnes Gentes servient ei : Et abundantia . Gloria Patri . Et.

In secundo Nocturno. Antiphona.

De Sion exibit lex , & verbum Domini de Jerusalem.

Psalms. Eruetavit.

Antiph. Ecce Deus noster , expectavimus eum , & salvabit nos, alleluja.

Psalms. Deus noster.

Antiph. Dominus veniet , occurrite illi , dicentes : Magnum principium , & regni ejus non erit finis , Deus , Fortis , Dominator , Princeps pacis , alleluja .

Psalms. Magnus Dominus.

¶. Egressietur virga de radice Jesse . ¶. Et filos de radice ejus ascendet.

Segmo. S. Idelfonsi Archiepiscopi Toretani.

Ex lib. de virginitate B. M.

Lectio iv.

Domina mea , atque dominatrix mea , dominans mihi , mater Domini mei , ancilla Filii tui , genetrix factoris mundi , te rogo , te ora , te queso , ut habeam spiritum Domini tui , spiritum quemque Filii tui , nec non & spiritum Redemptoris mei , ut de te vera & digna , sapiam vera , & digna loquar , vera , & digna quemque sunt , diligam . Tu enim es electa à Deo , assumpta à Deo , advocata à Deo , proxima Deo , adhaerens Deo , coniuncta Deo .

& arguet in æquitate pro mansuetis terra:
 & percutiet terram virga oris sui : & spi-
 ri tu labiorum suorum interficiet impiem.
 Et erit iustitia cingulum lusorum ejus:
 & fides cinctorum renum ejus.

v. Orietur stella ex Jacob: & confurget
 homo de Israel , & confringet omnes du-
 ces alienigenarum : * Et erit omnis ter-
 ra posseffio ejus.

¶. De Jacob erit qui dominabitur, & per-
 det reliquias Civitatis . Et erit.

Lectio iii.

Cap. 35.

Letabitur deserta , & invia , & exulta-
 bit solitudo , & florebit quasi lilyum.
 Germinans germinabit , & exultabit læ-
 tabunda & londans : gloria Libani data
 est ei : decor Carmeli , & Saron : ipsi vi-
 debunt gloriam Domini , & decorem
 Dei nostri . Confortate manus dissolutas,
 & genua debilia roborate . Dicite pusilla-
 nimes ; Confortamini , & nolite timere
 ecce Deus vester pluviam adducet retri-
 butionis : Deus ipse veniet , & salvabit
 vos . Tunc aperientur oculi cæcorum , &
 aures furdorum patebunt . Tunc saliet
 scut cervus claudus , & aperta erit lin-
 gua matorum : quia scissæ sunt in deter-
 io aquæ , & torrentes in solidatione . Et
 quæ era: arida , erit in stagnum , & siti-
 ens in fontes aquarum.

v. Descendet Dominus scut pluvia in
 tellus : orietur in diebus ejus iustitia: * Et
 abundantia pacis.

¶. Et.

¶. Et adorabunt eum omnes reges : omnes Gentes servient ei : Et abundantia . Gloria Patri . Et .

In secundo Nocturno. Antiphona.

De Sion exibit lex , & verbum Domini de Jerusalem .

Psalm. Eruetavit.

Antiph. Ecce Deus noster , expectavimus eum , & salvabit nos , alleluja .

Psalm. Deus noster.

Antiph. Dominus veniet , occurrite illi , dicentes : Magnum principium , & regni ejus non erit finis , Deus , Fortis , Dominator ; Princeps pacis , alleluja .

Psalm. Magnus Dominus.

¶. Egredietur virga de radice Jesse . ¶. Et filos de radice ejus ascendet .

Segmo. S. Idelfonsi Archiepiscopi Toletani.

Ex lib. de virginitate B. M.

Ecclio iv.

Domina mea , atque dominatrix mea , dominans mihi , mater Domini mei , ancilla Filii tui , genetrix factoris mundi , te rogo , te oro , te queso , ut habeam spiritum Domini tui , spiritumque Filii tui , nec non & spiritum Redemptoris mei , ut de te vera & digna , sapiam vera , & digna loquar , vera , & digna quaecumque sunt , diligam . Tu enim es electa à Deo , assumpta à Deo , advocata à Deo , proxima Deo , adhaerens Deo , conjuncta Deo .

Deo . Visitata eb Angelo, salutata ab An-
gelo, benedicta ab Angelo, beatificata ab
Angelo . Turbata in sermone, attonita in
cogitatione, stupēfacta in salutatione, ad-
mirata in dictorum annunciatione .

R. Ecce virgo concipiet, & pariet filium,
dicit Dominus : * Et vocabitur nomen
ejus Admirabilis , Deus , fortis .

V. Sūper solium David, & super regnum
ejus sedebit in æternum . Et

Lectio v.

I Nvenisse te apud Deum gratiam audis,
& ne timeas, juberis . Unde & tu fi-
ducia roboras, cognitione miraculorum
instrueris, ad novitatem inauditæ gloriæ
proveheris. De prole ab Angelo nuntiata
es , & post fœtum integra , & pudica ma-
nes . Certa virginitas nobis proponitur
nasciturum ex te sanctum Dei Filium, ti-
bi ab Angelo evangelizatur: & quæ sit na-
scientis Regis potentia , mirabiliter inti-
matur . Quomodo fiat, quæreris, de origine
interrogas, de ratione perscrutaris, de ex-
perientia requiris, de ordine sciscitaris .
Audi inauditum oraculum, considera inu-
latum opus, animadverte incognitum
arcanum, attende invisum factum: Spi-
ritus Sanctus superveniet in te , & virtus
Altissimi obumbrabit tibi .

Rorate cœli desuper , & nubes pluant
justum : * Aperiatur terra , & germinet
Salvatore .

v. E.

V. Emitte Agnum, Domine; Dominato-
rem terræ, de Petra deserti ad montem fi-
liae Sion. Aperiatur.

Lectio vi.

Tota invisibiliter Trinitas conceperit
nem operabitur in te: sola persona
Filiæ Dei in corpore tuo nascitura, carnem
assumet de te. Ideoque quod concipiatur
exte, quod nascetur ex te, quod prodiet
exte, quod germinabitur ex te, quod
parturietur ex te Sanctum, vocabitur Fi-
lius Dei. Erit enim hic Deus virtutum,
hic Rex omnium sæculorum, hic factot
omnium rerum. Ecce beata tu inter mu-
lieres, integra inter puerperas, Domi-
na inter ancillas, Regina inter sorores.
Ecce ex hoc beatam te dicent omnes ge-
nerationes, beatam te noverunt omnes
cælestes virtutes; beatam te prædicant
omnes Vates; beatam te celebrant om-
nes Nationes. Beata tu fidei nostræ, bea-
ta tu animæ nostræ, beata dilectioni no-
stræ, beata præconiis, & prædicationi-
bus meis.

V. Docebit nos Dominus vias suas, et
embulabimus in semitis ejus: * Quia de
Sion exhibet lex, & verbum Domini de
Jerusalem.

V. Venite, ascendamus ad montem Do-
mini, & ad domum Dei Jacob. Quia
Gloria Patri. Quia.

*In tertio Nocturno.**Antiphona.*

Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

Psalm. Benedixisti.

Antiph. Ecce veniet Deus, & homo de domo David sedere in throno, alleluja.

Psalm. Fundamenta.

Antiph. Annunciate populis, & dicite: Ecce Deus Salvator noster veniet.

Psalm. Cantate.

*. Egredietur Dominus de loco sancto suo.

*. Veniet ut salvet populum suum.

Si hoc Festum venerit in Feria quarta Quatuor temporum adventus, loco sequentis Homil. leguntur tres Lect. de Homilia ejusdem Feria iuxta cum Responsoriis que hic assignantur.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vii.**Cap. i.*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria! Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ

Presbyteri.

In Evangeliiis Luca cap. i., & in Homiliis byzantinis de Tempore Feria qua-

ta

ta Quatuor Temporum Mensis Decembris.

AD Mariam Virginem Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur: illum quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalmistam dicitur: Dominus fortis, & potens Dominus potens in prælio. Et rursum: Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus, & potens in prælio, contra potestates aereas ad bellavenerbat. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: Benedic̄ta tu in mulieribus. Benē gratia plena vocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla alia meruerat, affec̄quitur: ut ipsum videlicet gratiæ concipiatur, & generet auctorēm.

M. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum: * Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nasceretur Sanctum, vescabitur Filius Dei.

M. Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus.

Bñō. Cujus festum colimus, ipsa Virgo Virginum.

Lectio viii.

Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jesum
Je-

Jesus, Salvator, sive salutaris interpretatur, cuius Sacramentum nominis alloquens Joseph Angelus exposuit: ipse enim (inquiens) salvum facit populum suum à peccatis eorum. Non ait, populum suum, hoc est, in unitatem fidei ex præputio, & circumcisione vocatum: quibus ex diversa parte vocatis, fieret unus pastor, & unum ovile: Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus. Idem ergo Filius Altissimi, qui in utero virginali conceptus, & natus est. Idem homo in tempore creatus ex matre, qui Deus est ante tempora natus ex Patre. Si autem idem homo, qui Deus est, omittat Nestorius, hominem tantum dicere ex Virgine natum.

v. Suscipe verbum, Virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est: concipies & paries Deum pariter, & hominem: Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.

v. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficeris gravida, & eris mater semper intacta. Ut Gloria Patri. Ut.

Lectio ix.

I Deoque, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis Jesus sanctus singulariter nasciturus afferitur. Nos quip-

quippè , et si Sancti efficimur ; non tamen nascimur ; quia ipsa naturæ corruptionis conditione constringimur, ut me sitò cum Propheta gementes singuli dicamus . Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum , & delictis peperit me mater mea . Ille autem solus veraciter sanctus est , qui ut ipsam conditionem naturæ corruptibilis vinceret , ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est . Sanctum , inquit , vocabitur Filius Dei . Quid hic dicas Nestoriane , qui beatam Mariam Dei negans esse Genetricem , aper- tè niteris impugnare veritatem ? Ecce Deum dixit super venturum , Dei filium nascitum . Quomodo ergo , aut Dei filius , Deus non est , aut quæ Deum edidit , quomodo Theologus , id est , Dei genetrix non esse potest ? b. Te Deum laudamus .

A D L A U D E S .

Et per Horas.

MIssus est Gabriel Angelus ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.

Psalm. Dominus regnavit . *cum reliquis de Dominica.*

Antiph. Ave Maria , grata plena , Domini tecum : Benedic̄ta tu in mulieribus , alleluja .

Antiph. Ne timeas Maria invenisti gratiam apud Dominum , ecce concipies , & paries filium , alleluja .

Antiph.

Antiph. Dabit ei Dominus sedem David patris ejus, & regnabit in æternum.
Antiph. Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum.

Capitulum. Isa. 1.5.

Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendat. Et requiescat super eum Spiritus Domini.

Hymnus. F. clara vox redarguit, ut in *Laudibus Dominicæ prima Adventus.*

¶. Spiritus Sanctus superveniet in te.
 ¶. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Ad Benedicτus, Antiphona.

Super solium David; & super regnum ejus sedebit in æternum.

Oratio.

Deus, qui de Beatae Mariae Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nunciante carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis ut qui verè eam Genetricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuventur. Per eumdem, &c.

Deinde fit commem. Feria.

Ad Tert. *Antiph.* Ave Maria.

Capitulum. Egredietur.

¶. Brève. Tu exurgens Domine, Misereberis Sion. Tu exurgens.

¶. Quia tempus miserendi ejus, quia venit tempus. Misereberis. Gloria Patri. Tu exurgens.

¶. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum.

¶. Ape-

¶. Aperiatur terra , & germinet Salvatorem.

Ad sextam, Antiphona.

Ne timeas Maria.

Capitulum,

Isa.7.

Ecce virgo concipiet , & pariet filium,
& vocabitur nomen ejus Emmanuel
Butyrum,& mel comedet , ut sciat repro-
bare malum, & eligere bonum.

¶. breve. Rorate cœli desuper , * Et nu-
bes pluant justum . Rorate.

¶. Aperiatur terra , & germinet Salvato-
rem . Et nubes .

Gloria Patri Rotate cœli.

¶. Emitte Agnum Domine Dominatorem
terre.

¶. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.

Ad nonam, Antiphona.

Ecce Ancilla Domini.

Capitulum.

Isa.45.

Rorate cœli desuper , & nubes pluant
justum , aperiatur terra , & ger-
minet Salvatorem , & justitia oriatur simul
ego Dominus creavi eum.

¶. breve. Emitte Agnum Domine , Do-
minatorem terre.

Emitte.

¶. De Petra deserti ad montem filiæ Sion.
Dominatorem.

Gloria Patri. Emitte.

¶. Spiritus Sanctus superveniet in te.

¶. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi.

In secundis Vesperis omnia dicuntur in primis, præter quintam Antiphonam, cuius loco dicitur Antiphona. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Psalmus. Memento Domine David.

Ad Magnificat. Antiph.

O Virgo Virginum, quomodo sis istud,
quia nec primam similem visa es, nec ha-
bere sequentem [Filiæ Jerusalem, quid
ne admiramini? Divinum est mysterium
hoc, quod cernitis.

*Oratio. Deus qui de beatæ Mariæ , ut
supra.*

Pro commen. Adventus, Antiphona. O.

Die 15. Maii.

I N F E S T O

S. VBALDI EPISCOPI ,

Semiduplex .

A Sacrorum Rituum Congregatione rego-
gnitum, & approbatum, ab omnibus
utriusque sexus tūm Secularibus, tūm
Regularibus, qui ad Horas Canonicas
tenentur recitandum die 15. Maii.

*Omnia de Communi Confessoris Pontificis
præter ea, quæ sequuntur,*

Oratio.

A Uxilium tuum nobis Domine quæ-
sumus placatus impende, & inter-
cessione Beati Vbaldi Confessoris tui, at-
que Pontificis contra omnes diaboli ne-
qui-

quitias dexteram super nos tuæ propitia-
tionis extende Per Dom.&c.

In I. Noct. Lectiones de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO,

Lectio iv.

V Baldus Eugubii in Umbria nobili ge-
nere natus, à primis annis pietate,
& litteris egregiè est institutus; Jamque
adolescens, ut uxorem doceret, sèpè
tentatus, nunquam tamen à proposito
servandæ virginitatis recessit. Sacerdos
effectus patrimonium suum pauperibus,
& Ecclesiis distribuit, & Canonicorum
Regularium Ordinis Sancti Augustini in-
stitutum suscipiens, illud in patriam
transtulit, atque in eo aliquandiù san-
ctissimè vixit. Cujus sanctitatis opinio-
ne evulgata ab Honorio Secundo Summo
Pontifice Ecclesiæ Eugubinæ præficitur,
& Episcopalis consecrationis munere de-
coratur.

¶. Inveni David.

Lectio v.

Ad suam itaque revertens Ecclesiam
cùm de consueta vivendi ratione ni-
hil admodum immutasset, in omni ta-
men virtutum genere è magis eminere
cœpit, quò efficacius aliorum etiam fa-
lutem verbo, & exemplo procuraret, fa-
etus forma gregis ex animo. Nam victu-
parco, vestitu moderato, lectulo aspero,
& pauperrimo, Crucis mortificationem
jugiter in suo corpore circumferebat, dum

in-

inexplicabili orationis studio spiritum
quotidiè recrearet. Hinc admirabilem
illam mansuetudinem est adeptus, quā
gravissimas injurias, & contumelias non
modo æquanimiter tulit, verū etiam
mirifico dilectionis affectu persecutores
suos omni benignitatis testimonio com-
pletebat.

M. Posui adjutorium.

Lectio vi.

Bennio antequām ex hac vita migra-
ret, cum diutinis afflictaretur infir-
mitatibus, inter acerbissimos corporis
cruciatus, velut surum in fornace pur-
gatum, Deo gratias idesinenter agebat.
Adveniente autem Sacro Pentecostes die,
cūm multis annis Eccletiam sibi commis-
sam, summa cum laude gubernasset, san-
ctis operibus, ac miraculis clarus quie-
vit in pāce: Quem Cœlestinus Papa Ter-
tius in Sanctorum numerū retulit. Ejus
virtus præcipue in effugandis spiritibus
immundis elucet: Corpus verò per tot
sæcula incorruptum magna fidelium ve-
neratione in patria colitur, quam non se-
mel à presenti discrimine liberavit.

M. Iste est, qui ante Deum.

In tertio Nocturno Homilia S. Gregorii
Papa in Evang. Homo peregrè proficiens,
est in eodē Comitatur.

OF

LECTIONES

Secundi & Tertii Nocturni recitandæ in Dioceſi, & toto Re-
gno Neap. in duabus Octavis
Translationis, & diei Festi

S. JANUARII

EPISCOPI, ET MARTYRIS,
Præcipui Patronie ejusd. Civit. & Regni;
Et pariter Lectiones recitandæ in Sollemnitate Patrocinii, & in Officio semel in mense ejusdem Sancti.

J U S S U

EMINENTISS. ET REVERENDISS. DOM. &

D. FRANCISCI

Episcopi Portuen. S. R. E. Cardinalis
PIGNATELLI Sacri Collegii
Decani Archiep. Neapolitani.



NEAPOLI, MDCCXXXI.

Typis Joannis Francisci Paci.

Superiorum Facultate.

OFFICIUM CUM OCTAVA

In Feste Translationis

S. J A N U A R I I

EPISCOPI, ET MARTYRIS,

Principalis Patroni Civitatis, & Regni
Neapolitani,

*Quod Dominica prima vel secunda mensis
Maii celebratur.*

A Sacr. Rit. Congr. concessum

Pro eadem Civitate, & Regno sub ritu
dup. maj. cum Octava.

Dominica prima Maii.

*Si hæc fuerit Dom. in Albis, Festum
Translationis cum Oct. ex antiqua consue-
tudine celebratur Dom. secunda ejusdem
mensis Maii, accedente etiam Concess. S.
R. C. sub die 16. Septemb. 1664.*

*Ex antiqua pariter consuetudine in Ci-
vit. & Dioceſi Neapol. prædictum Festum
celebratur i. Dom. Maii etiam si occurrat
eodem die Fest. SS. Philippi, & Jacobi,
Invent. S. Crucis, & aliorum; transla-
tis ipsis in primam diem non impeditam.*

*Omnia de Communi unius Martyr. temp.
Pasch. exceptis his quæ sequuntur.*

Ant. ad Magnif. in i. Vesp.

B Eatus Januarius, Præſul & Martyr in-
clytus, extinxit impetum ignis, obe-
tnavit ora ferarum, & in occione gla-
dii pro Christo mortuus, legitimi certa-
minis coronam accepit. Alleluja.

F 2 Orae

Oratio.

Deus, qui in Translatione B. Januarii; Martyris tui, atque Pontificis, pretioso nos præsidii tui pignore locupletasti: quæsumus, ut ipso intercedente, populum tuum ab omnibus periculis eruas, ac de thesauris tuis divitias in nos ineffabilis misericordiae benignus effundas. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit. com. Dom. currentis.

A D M A T U L T I N U M.

Lectiones i. noct. A Mileto de Commun. un. Mart. Pont. extra temp. Pasch. R.R. temp. Pasch.

I N I I . N O C T U R N O.

Lectione iv.

Quo tempore Beatus Pontifex Januarius pro Christi confessione Puteolis Capite plexus est, venerabilis ejus Cruor, quem pro Christianæ Fidei veritate constantissimè fuderat, piè collectus, atque in duabus vitreis ampullis reconditus est. Postea vero, pace Ecclesiæ reddita, S. Severus ædificata jam prope Neapolim S. Januarii Basilica, sacratissimum Martyris Corpus cum magna Neapolitani Cleri, populi frequentia, iis etiam, qui de genere B. Januarii erant, comitantibus, Neapolim religiosissime transtulit. Et Corpus quidem in ejus Basilica condidit. Crucis vero ampullæ, ad hanc usque diem seorsum servatae, illustre miraculum spe-

& an-

stantibus exhibent. Nam cum è regione
desecti pro Christo Capitis ponuntur, Cru-
or admirandum in modum colliquefieri,
perinde atque recens effusus, ad hæc us-
que tempora cernitur.

v. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis
Domine, * Et æternitas temporum, Alle-
luja, Alleluja.

v. Lætitia sempiterna erit super capita
eorum : gaudium & exultationem obtine-
bunt. Et æternitas.

Lætio v.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

tom. 6. *Orat. de Martyr.*

Sæpè numero, charissimi, sub auro-
ram Solem ex oriente in vidistis, & qua-
si croceos radios emitentem. Talia San-
ctorum erant corpora, dum veluti crocei
quidam radii, rivi sanguinis undique ex
illis defluerent, eorumque corpus, mul-
tò quām cœlum Sol ipse, splendidius il-
lustraret. Hunc sanguinem Angeli con-
tuentes oblectabantur, dæmones horre-
bant, & ipse diabolus tremebat. Non
enim sanguis erat simpliciter, quod cerne-
batur, sed sanguis salutaris, sanguis san-
ctus, sanguis cœlo dignus, sanguis, qui
pulchras Ecclesiæ arbores perenni irriga-
tione fœcundat.

v. In servis suis, Alleluja, * Consola-
bitur Deus, Alleluja.

v. Judicabit Dominus populum suum,

& in servis suis. Consolabitur.

Lectio vi.

VIdit hunc sanguinem, horruitque diabolus, recordatus est quippe alterius sanguinis Dominici. Propter illum sanguinem hic effluxit. Ex quo enim Domini latus apertum est sexcenta deinde latera effossa contueris. Quis enim non summa cum alacritate gaudiorum, se se ad agones istos ineundos, Dominicis passionibus communicaturus, & Christi mortis conformis futurus accinget? Est enim sufficiens haec retributio, & amplior merces, & quod certamina excedit præmium, vel illud etiam, quod ante ingressum in cœlorum regnum consequimur.

M. Filiae Jerusalem, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus, * In die solemnitatis, & lætitiae, Alleluja.

N. Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solemnitatis. Gloria Patri. In die.

I N III. N O C T U R N O.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 10. b.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 34. in Matth. post init.

Cum Dominus omnem sollicitudinem a dis-

a discipulorum cordibus ejecerit ; & ostensione signorum armavit , atque ab omnibus negotiis sacerdotalibus alienatos , & ab omni temporalium rerum cura liberatos , ferreos quodammodo atque adamantinos fecerit , tum denique eventura illis adversa prædictit . Multa enim ex hac prædictione futurarum rerum commoda consequebantur . Primum , ut ejus præscientiæ vim ediscerent . Deinde , ut nemo suspicaretur ex magistri infinitate tam gravia mala descendere . Præterea , non qui ea passuri erant , subito ac inopinato rerum eventu perturbarentur . Denique , ne cum ista sub ipsum passionis suæ tempus audirent , nimium cominoverentur .

v. Ego sum vitis vera , & vos palmites ,
Qui manet in me , & ego in eo , hic fert fructum multum , Alleluja , Alleluja .

v. Sicut dilexit me Pater , & ego dilexi vos . Qui manet .

Lectio viii.

JAM vero , ut intelligent novum hoc esse belli genus , & insolitum præliandi morem ; cum illos nudos mitteret , una indutos tunica , sine calceis , absque virga , & absque zona & pera , & ab excipientibus ali juberet : non fecit hic dicendi finem , sed inexplicabilem virtutem suam proferens : Etiam sic euntes , inquis , mansuetudinem tamen ovium ostendite , quamvis ad lupos ituri , nec simpliciter

ad lupos , sed etiam in medio lupo rum ;
 (neque vero ovium tantum mansuetudinem habere jubet , sed etiam columbae simplicitatem :) sic enim virtutem meam maximè ostendam , cum ab ovibus lùpi superabuntur : & quamvis illæ sint in medio lupo rum , & innumeris mortibus lacerentur , non modo non consumptæ fuerint , verum etiam illos in sui naturam transmutaverint .

v. Candidi facti sunt Nazaræi ejus , Alleluja , splendorem Deo dederunt , Alleluja : Et sicut lac coagulati sunt , Alleluja , Alleluja .

v. Candidiores nive , nitidiores lacte , rubicundiores ebore antiquo , sapphiro pulchriores . Et sicut . Gloria Patri . Et sicut .

Nona lect. boni. Dom. currentis.
Te Deum.

Antiph. ad Benedictus.

Igne me , Domine , examinasti , & non est inventa in me iniqtas , propter hoc lætatum est cor meum , & exultavit lingua mea . Alleluja .

In secundis Vesperis , Antiph. ad Magn.
Liberasti Me , Domine , à rugientibus preparatis ad escam , & à pressura flammæ , quæ circumdedit me , & in medio ignis non sum æstuatus . Alleluja .

*Feria secunda , & tertia , vel 2. & 3.
 die infr. Oct. semper est impedita a festo*

dñ-

*duplici vel occurrente, vel translatō, vel
semiduplici occurrente.*

F E R I A I V.

Sive Quarta die infr. Oct.

Lect. i. noct. de script. occurrō.

I N II. NO C T U R N O.

Sermo S. Petri Chrysologi.

De C. Apollinari 128. Lectio iv.

Meritò Sanctus Januarius, quia juxta mandatum Dei sui perdidit animam suam, eam invenit in vitam semipernam. Beatus, qui ita cursum consumivit, fidem servavit, ut verè primus à credentibus suo reperiretur in loco: nec eum quisquam Confessoris vocabulo minorem credat esse, quam Martyrem, quem Dei nutu quotidianum & multiplicem reversum conspicit ad agonem. Audi Paulum dicentem: Quotidie morior. Semel mori parum est eum, qui potest Regi suo gloriosam sæpè de hóstibus referre victoriam.

ix. Lux perpetua, &c. fol. 5.

Lectio v.

Non tam mors, quam fides & devotio Martyrem facit: & sicut virtutis est in acie, in conflictu, pro regis amore succumbere; ita perfectæ virtutis est, diuagere & consummare certamina. Non ideo persecutus est Martyrem, quia non statim intulit mortem, sed probavit Mar-

F 5 tyrem.

tyrem, quia non elicit fidem, injecit tela
quæ potuit, & omnia armorum suorum
genera callidus exegit inimicus: nec ta-
men fortissimi ducoris movere mentem
potuit, aut temerare constantiam.

R. In servis suis, &c. fol. 5. *Lectio vi.*

Sed ut propugnatorem suum sibi Eccle-
sia sancta retineret, Christo vehemen-
ter occurrit: ut vincenti justitiae reser-
vet coronam, & sibi belli tempore prælia-
toris sui præsentiam condonaret. Et quid
plura, fratres? Egit, egit Ecclesia sancta
mater, ut nusquam à suo separaretur An-
tistite. Ecce vivit, ecce, ut bonus pastor suo
medius assistit in grege; nec unquam se-
paratus spiritu, qui corpore præcessit ad
tempus. Extinctus est diabolus, persecutor
occubuit. Ecce regnat & vivit, qui pro Re-
ge suo defideravit occidi, qui vivit, & re-
gnat Deus per omnia sæculorum sæcula.

R. Filiæ Jerusalem, &c. fol. 6.

I N I III. N O C T U R N O.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum:

Lectio vii. Cap. 10.b.

TN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in
medio luporum. Et reliqua.

De Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 34. in Matth. Longe post medium.

Sic dicere videtur: Nolite turbari, si, cum
vos inter lupos mitto, tanquam oves,
columbas esse jubeo. Non eti possum
con-

contrarium quoque præstare, & non permittere, ut grave aliquid patiamini, nec lupis tanquam oves subiecti sitis, sed efficere, ut leonibus terribiliores evadatis: tamen sic expedit fieri: hoc & vos quoque illustriores faciet, & meam declarabit virtutem. Sic enim postea dixit Paulo: Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur. Ipse igitur vos, ut tales essetis, feci.

R. Ego sum vitis vera, &c. fol. 7.

Lectio viii.

Sed inspiciamus quam prudentiam existimat: serpentis certè. Nam quemadmodum serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat, si ipsum quoque corpus incidi necesse sit, dummodo caput suum integrum servet: eodem tu quoque modo, præter fidem cetera perdere non cures, sive pecunias, sive corpus, sive etiam vitam ipsam profundere necesse sit. Fides enim caput est, & radix, qua servata, etiam si omnia perdes, omnia tamen rursus majora cum gloria recuperabis. Idcirco nec simplices solum jussit esse, nec prudentes solum; sed ambo hæc in unum miscuit, ut ea in virtutem convertantur.

R. Candidi, &c, fol. 7.

Lectio ix.

Quod si rebus ipsis id ita fieri videre desideras, lege Actuum Apostolorum librum: perspicies profecto; cum sapè Ju-

dæorum populus in Apòstolos insurrexit, ac dentes exacuerit, illos columbæ simplicitatem imitando, & cum decenti modestia respondendo, iram ipsorum superasse, furorem extinxisse, impetum retardasse: Nam cum illi dicerent: Nonne præcipiendo præcepimus vobis, ne docereris in nomine isto? quamvis innumera possent edere miracula, nihil tamen asperum neque dixerunt, neque fecerunt, sed summa cum mansuetudine respondentes dicebant: Si justum est vos audire magis quam Deum iudicare. Perspexisti simplicitatem columbæ, vide nunc serpentis prudentiam. Non enim possumus, inquiunt, nos quæ vidi-
mus, & audivimus non loqui.

Te Deum.

F E R I A . V.

Sive Quinta die infra Oct.

Lect. 1. noct. de script. occ.

I N I I. N O C T U R N O .

Sermo S. Augustini Episcopi.

Sermo 50. de Verb. Domini. Lectio iv.

Pastor bonus Christus. Quid Petrus? nonnè bonus pastor? nonnè, & ipse animam suam pro ovibus suis posuit? Quid Paulus? Quid ceteri Apostoli? Quid eorum tempora consequentes beati Episcopi Martyres? Quid etiam iste Sanctus Januarius? Nonnè omnes pastores boni, non mercenarij, de quibus dicitur: Amien
dico

dico vobis, perceperunt mercedem suam? Omnes ergo illi pastores boni, non solùm quia sanguinem fuderunt, sed quia pro ovibus fudesunt: non enim fuderunt elatione, sed charitate.

R. Lux perpetua, &c. fol. 5.

Lectio v.

Nam & apud haereticos, qui propter iniquitates, & errores suos aliquid molestiarum perpessi fuerunt, nomine martyrii se jactant. ut hoc pallio dealbati facilius surcentur, quia lupi sunt. Si autem vultis scire, in quo numero habendi sunt, pastorem bonum, Paulum Apostolum audite: quoniam non omnes, qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt. aetimandi sunt sanguinem fudisse pro ovibus, sed potius contra oves. Si distribuero, inquit, omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ut ardeam, jam ipsi sunt. Sed vide, quid sequitur: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ecce venitur ad passionem, ecce venitur & ad sanguinis effusionem, venitur, & ad corporum incensionem: & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Addere charitatē, prosunt omnia: detrahe charitatem, nihil prosunt cætera.

R. In servis suis, &c. fol. 5.

Lectio vi.

Quiare bonum est charitas ista, fratres? quid pretiosius? quid luminosius? quid firipiūs? quid utilius? quid securius?

qua-

quomodo autem habet vel exiguum charitatem, qui etiam convictus non amat unitatem? Hanc Dominus unitatem commendans, pastoribus bonis commendans pastores bonos, noluit multos appellare pastores. Neque enim ut dixi iam, non erat pastor bonus Petrus, Paulus, Apostoli ceteri, & posteriores Sancti Episcopi, beatusque Januarius? Omnes hi pastores boni: & tamen ille pastoribus bonis non commendavit pastores bonos, sed pastorem bonum. Ego sum, inquit, Pastor bonus.

R. Filiæ Jerusalēm, &c. fol. 6.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundūm Matthæum.

Lectio viii. Cap. 10. b.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Cap. 10. in Matth. circa Med.

Instructos nos serpentis prudentia mones esse oportere. Hunc, antequam Adam traduceret, jam sapientem Genesis nuncupavit, & prudentiam ejus malignantis consilii ordine docuit. Primum enim animam sexus mollioris aggressus est, spe deinde illexit, & communionem immortalitatis spopondit: & per hæc tanta præmia, opus consilii, & voluntatis suæ gessit. Pari igitur opportunitate introspecta uniuscujusque, & natura, & voluntate, verborum adhi-

adhibenda prudentia est: spes bonorum futurorum revelanda, & cælestia perfectæ fideli præmia proferenda.

N. Ego sum vitis vera , &c. fol. 7.

Lectio viii.

ET quod ille mentitus est, nos prædicemus ex vero, secundum sponsonem Dei, Angelis similes futuros esse, qui credent: ut mentes plebium faciles, & absolutas circumst  ientibus licet lupis, & h  eticis, promissis regnorum c  elestium occupemus, & rerum fidem serpentis prudenter, columbae simplicitate tradamus.

Candidi facti sunt , &c. fol. 7.

Lectio ix.

Monet etiam traditio abesse oportere curam responsonis, sed expectandum potius quid spiritus Dei suggesterat. Quia fides nostra omnibus præceptis divinae voluntatis intenta, ad responsonem scientiae instruetur: in exemplo habentes Abraham, cui postulato ad hostiam Isaac, non defuit aries ad victimam.

Te Deum,

F E R I A VI.

*Sive Sexta die infra Oct.**Lect. i. noct. de script. occurr.*

I N I I. N O C T U R N O.

Sermo sancti Maximi Episcopi.

De S. Cypriano homil. 2.

IN Translatione beatissimi Januarii, fratres charissimi, universa nobiscum Christi exultat Ecclesia, quam in omne gaudium & cœlestis eruditione sermonis instruxit, & munere triumphalis sanguinis decoravit. Fuit enim in eo, sicut competitum habemus, & contra errores diaboli spiritualis sapientiae plenitudo, & adversum persecutions mundi Christiani peccoris infatigata constantia. Quis non hujusmodi vicum, quantis valet præcordiis prosequatur, cujus eloquentia inspirata divinitus & Ecclesias docuit, & saeculum confutavit.

*¶. Lux perpetua, &c. fol. 5.**Lectio v.*

Verè hic mirabilis, atque omnium ubique studiis celebrandus, quem sanctitas Sacerdotem, peritia Doctorem, fides Martyrem consecravit, Pretiosa, inquit David, in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Videte, charissimi, in quantum venerabilis Januarius etiam propheticam supergressus est laudem, cuius in conspectu Domini non solum mors, sed & vita extitit pretiosa. Moriendo namque

que, proprium Christo sanguinem dedit
vivendo nihilo minus cohortatione fortissima,
innumeros cælo Martyres acquisi-
vit.

N. In servis suis, &c. fol. 5.

Lectio vi.

Quid hoc clarius Sacerdote, qui inter hominum turbas gloria cœlestis conversationis emicuit, atque inter Angelicos cœtus, & sua factus est & aliorum morte conspicuus. Justissimè hic cum Patriarcha David cantavit Domino Deo suo dicens: Cor meum, & caro mea exuberant in Deum vivum. Exultavit itaque cor ejus in Deo vivo, cum morientis ac morituri sæculi vanitate despecta, totum le divinis mancipavit obsequiis. Exultavit & caro ejus in Deo, quæ de hoc mundo non miseri corruptione languoris sed piis pro religione suppliciis consecrata migravit.

N. Filiæ Ierusalem, etc. fol. 6.

I N I I . N O Q T U R N O .

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum,

Lectio vii.

Cap. 10. b

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Serm 119. de divers.

Audistis Fratres, cum sanctum Evangelium legeretur, quemadmodum Do-

Dominus noster Jesus Christus disciplina sua Martyres suos corroboraverit , dicens Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum . Considerate , fratres mei , quid faciat , si unus lupus inter multas oves veniat : quantumcumque sint ovium milia , uno lupo in medio , turbabuntur ; & si non omnes laniantur , omnes tamen terrentur . Qualis ergo erat ista ratio , quale consilium , qualis potestas , nec lupum ad oves admittere , sed in lupos oves mittere ? Mitto , inquit , vos sicut oves in medio luporum : non ad limites luporum , sed in medio luporum .

¶. Ego sum , &c. fol. 7.

Lectio viii.

Erat ergo luporum agmen , oves paucæ . Cum enim multi lupi occiderent paucas oves , conversi sunt lupi , & facti sunt oves . Audivimus ergo , quod monuit , qui coronas promisit , & agnem præmisit : & quia expectat certantes , adjuvat laborantes . Cujusmodi certamen indixit ? Estote , inquit , astuti ut serpentes , & simplices sicut columbae . Hoc qui intellexerit , & tenuerit , securus moritur . Quis autem securus moritur , nisi qui se sic noverit moriturum , ut mors in illo moriatur , vita coronetur ?

¶. Candidi facti sunt , &c. fol. 7.

Le-

Lectio ix.

Quapropter, charissimi, exponendum est nobis, quamvis hinc jam saepius dixerimus, quid sit, simplices esse sicut columbae, ast dei ut serpentes. Si jam simplicitas columbarum indicta est nobis, astutia serpentis quid facit in columbae simplicitate? Amo in columba quod fel non habet; timeo in serpente quod venenum habet. Noli ex omni parte horrere serpentem: habet quod imiteris. Serpens enim cum fuerit senectute prægravatus, & senserit pondus vetustatis, coarctat super cavernam, & ponit tunicam veterem ut novus exultet. Imitare illum Christiane, qui andis Christum dicentes. Intrare per angustam portam. Et Paulus Apostolus tibi dicit: Exuite veterem hominem cum actibus suis, & induite novum.

Te Deum.

S A B . B . A T O

Sive Septima Die.

Lect. i. noct. de script. occur.

I N F I. N O C T U R N O :

Lectio iv.

D e Sermone S. Maximi Episcopi.

Homil. 2. de S. Cypriano.

Hic est ille Evangelicus pater familias, professus de thesauro suo nova & vetera, qui veteris, novique Testamenti uerbum

unum atque idipsum mysterium prædi-
cans , Ecclesias Christi locupletissima di-
sputatione ditavit . Incorruptibilis atque
indefessus illius est hodie thesaurus , qui
pecuniam Domini sui nummularis fæne-
rans , quotidie in corde fidelium cœlesti-
um divitiarum sanctam conquirit usuram
¶. Lux perpetua , &c. fol. 5.

Lectio v.

Ulid igitur , fratres , tanto specio-
sius Viro , cuius hæc est regula &
mensura sermonis , ut inter varias homi-
num causas , motusque diversos ; nunc
affectione Patris , nunc auctoritate Docto-
ris , consoletur humiles , superbos com-
primat , negligentes arguat , increpet in-
fideles : Tantoque denique decore sacer-
dotium , vitamque suam Vir fidelissimus
adornavit , ut doctrinam suam subsequen-
tibus confirmaret operibus , Dominicam
illam fententiam tenens : Qui dœuerit ,
& fecerit , hic magnus vocabitur in re-
gno cœlorum .

¶. In servis suis , &c. fol. 5.

Lectio vi.

Quām Magnus hic , quāmque præci-
puus in regno cœlorum est quem in
omnem gloriam sermo propheticus , vita
mirabilis & mors Deo devota sublimat :
Nec immerito , fratres , tanto cum ho-
nore nominis ejus memoria per amplissi-
ma mundi spatia celebratur , quia per
uni-

universum orbem ad firmamentum fidei nostræ & passio ejus & doctrina profecit.

¶. Filiae Ierusalem, etc. fol. 6.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matth.

Lectio vii. Cap. 10. b

IN illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum . Et reliqua.

De Homilia S. Augustini Episcopi.

Unde supra.

HAbes ergo quod imiteris in serpente noli mori pro vetustate , sed pro veritate . Qui moritur pro commodo temporali , pro vetustate moritur : cum autem exutus fueris omnij ista vetustate, imitatus es astutiam serpentis . Imitare & illum in hoc : serva caput tuum ; tene apud te Christum . Si forte aliquis vestrum advertit aliquando , cum voluerit columbum occidere , quonodo pro capite suo totum corpus obicit ieiibus ferientis : illud in se feri non vult , ubi se novit vitam habere. Et Christus via nostra est: ipse enim dixit: Ego sum vita , veritas , & vita. Audi & Apostolum : Caput viri Christus est . Qui ergo Christum servat in se , caput suum servat pro se. *¶. Ego sum, &c. fol. 7.*

Lectio viii.

JAm vero quid opus est commendare multis verbis simplicitatem columbarum ? Cavenda enim erant veneana serpen-

pentis. Ibi imitatio periclitabatur, ibi erat quod timeretur. Columbam vero securus imitare, attende columbas in societate gaudere: ubique simul volant, simul pascuntur, nolunt esse solae, communione gaudent, charitatem servant, gemitis amoris murmurant, osculis filios generant: nam quando columbae, quod plerumque advertimus, rixantur de celiulis suis, quodammodo pacata contentio est. Numquid quia rixantur, separantur? simul volant, simul pascuntur, & ipsa inter se pacata est rixa.

q: Candidi facti sunt, &c. fol. 7.

Lectio ix.

V Ide rixam columbarum. Apostolus dicit. Si quis verbo nostro non obaudit per epistolam, hunc notate, & nolite commisceri cum eo. Ecce rixa: sed attende, quoniam columbarum est rixa non luporum. Continuo subjecit: Et non ut inimicum existimetis, sed corripite ut fratrem. Columbarum ergo simplicem habentes, astutiam servate serpentum. Te Deum.

D O M I N I C A . I I . M A I I ,

Sive die Octava Translat. S. Ianuarii.

Lectioes Prim. Noctur. de script. occur.

I N I I . N O C T U R N O .

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

De S. Ignatio Mart. tom. 5. Lect. iv.

T Empus animadvertiscet, fratres, quo digni-

gnitatem Episcopalem beatus Ianuarius est assecutus . Neque enim est eadem nunc quæ tunc erat Ecclesiam gubernandi conditio ; non æqualis est labor viam tritam , & planè paratam post multos ingredi viatores ; atque eam , quæ nunc primò secunda est , quæque prorupta & saxosa , ferisque plena , nec ullum adhuc viatorem admisit . Tunc autem quocumque quis oculos verteret , ubique præcipitia , barathra , & bella , & pugnæ , & pericula ; Imperatores , & Reges , & Populi & Civitates , & Gentes , & domesti ci , & alieni credentibus insidias tendebant .

¶. Luxperpetua, &c. fol. 5.

Lectio v.

Quemadmodum igitur gubernatorem admiramur , non quod vectores possit in portum incolumes ducere , cùm mare tranquillum est , cùmque navis fertur ventis secundis ; sed cùm insaniente pelago , ventisque saevientibus , qui in navi sunt , inter se dissentunt , magna tempestate intus & foris navigantes exagitante , navim tamen potest dirigere , & conservare . Sic eos , qui tunc Ecclesiana regebant , multò magis , quàm illos , qui eam in præsentia gubernant , suspicere debemus & admirari , quando multa bella intus , & foris , quando fidei planta imbecillior erat adhuc , & diligentia magis inde-

indigebat : quando veluti modò genitus infans Ecclesiæ populus , magnam prouidentiam atque sapientiam animæ , à qua nutriendus esset , postulabat .

R. In servis suis , &c. fol. 5.

Lectio vi.

VERUM , ne totum tempus in Episcopatus consideratione collocantes , ab iis , quæ ad eum uti martyrem spectant , enarrandis excludamus ; age ad illius certamina contendamus . Versutus enim diabolus , & ad struendas aptus insidias , existimabat , si pastores sustulisset , ovi lia fe facile direpturum astutia , ostendens Ecclesias suas non ab hominibus gubernari , sed eos , qui in ipsum credunt , semper a se regi , id fieri permittebat , ut cum cerneret , rectoribus sublatis , non tamen religionem daleri , nec veritatis prædicationem extingui , sed potius augeri : ex rebus ipsis & ipse , & qui ei inserriebant , omnes intelligerent , Christianorum disciplinam non ab hominibus pendere , sed in cœlis radices agere . Deumque esse , qui ubique Ecclesias tueretur .

R. Filiae Ierusalem , &c. fol. 6.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matth.

Lectio vii. Cap. 10.

IN illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum .

• Homi-

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homil. 43. in Matth. longe post init.

Diligenter considera, qui sunt, qui haec
ardua & laboriosa adeunt, formi-
dolosi videlicet, & indocti, illiterati, ru-
des, obscuri quidam homines & ignoti,
qui nunquam Philosophorum percepe-
runt instituta, vixque unquam in forum
descenderunt, pescatores, & publicani,
multis repleti rebus, quae jure animo,
eorum possent deliciar. Nam si magnos,
& claros virostanta difficultas rerum po-
tuisset commovere, quomodo non po-
tuisset imperitos homines, quibus nul-
lius rei magni aliquid venit in mentem?
sed non dejecit, neque turbavit: nec id
injuria, dicet quispiam: cum se intelli-
gerent posse leprosos mundare, demo-
nia ejicere.

n. Ego sum, &c: fol. 7. Læcio viii.

Ego autem dicere non dubitarem, quia
videlicet id ipsum jure debebat ipsos
conturbare; quoniam, qui tantam po-
testatem haberent, ut defunctos etiam a
morte possent excitare, hi tanta pericu-
lia essent subituri, tanta bella gesturi, ad
judices vindicti deducendi, communis de-
nique totius orbis admonitio futuri. Quæ
igitur in omnibus his erat consolatio? so-
la mittentis virtus. Quo circa ita signa-
ter incepit: Ecce ego mitto vos.
Sufficiat hoc vobis ad omnem consolatio-

G

nem, satis sit ad contendum. Vides quanta ejus est auctoritas? intelligis, quoniam maxima sit potestas? percipis inexplorabilem ejus esse virtutem?

av. Candidi facti, &c. fol. 7.

Nona lect. de homil. Dom. currentis de qua fit etiam commiss. in laud.

OFFICIUM CUM OCTAVA
IN FESTO

S. JANUARII
EPISCOPI, ET MARTYRIS

Die 19. Septembris

Dupl. I. clas.

Omnia de Communi unius Martyris extra temp. Pasch. præter ea, quæ sequuntur.

Ant. ad Magnif. in I. vesp.

Beatus Januarius, Præsul, & Martyr inclitus extinxit impetum ignis, obturavit ora ferarum, & in occidente gladii pro Christo mortuus, legitimi certaminis coronam accepit.

Oratio.

Deus, qui per Beati Januarii Martyris tui, atque Pontificis confessionem, & sanguinem, admirabili testimonio, a triumpho Ecclesiæ tuæ fidem illustrare dignatus es; quæsumus, ut ejusdem nos Fidei consortio, & patrocinio munitos; triumphi etiam, & gloriæ participes efficias. Per Dominum.

AD

AD MATUTINUM.

*Lect. i. noct. A Mileto, &c. de comm.
un. m. Pont. extra temp. pasch. R.R. ex L.
noct. de cod. comm.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

JAnuarius, Beneventi Episcopus, Dic-
pletiano & Maximiano in Christianos
sævientibus, ad Timotheum Campanæ
Præsidem ob Christianæ Fidei professo-
nem Nolam perducitur. Ibi ejus constan-
tia variè tentata, in ardente fornacem
conjectus, ita illæsus evasit, ut ne ve-
stimentum, aut capillum quidem flam-
ma violaverit. Hinc Præses accensus ira-
cundia, Martyris corpus imperat usque
eò distrahi. quoad nervorum compages
artuumque solvantur. Festus interea ejus
Diaconus, & Desiderius Lector comprehen-
sif, vñctique unà cum Episcopo an-
terhedam Præsidis Puteolos pertrahuntur,
& in eundem carcerem, in quo Sosius, Mi-
senas, & Proculus, Puteolanus Diaconus, Eu-
tyches, & Acutius laici ad bestias damnati
detinebantur, simul coniiciuntur.

V. Honestum fecit illum Dominus, & cu-
stodivit eum ab inimicis, & à seductoribus
tutavit illagri: Et dedit illi claritatem
æternam.

V. Descenditque cum illo in foveam: &
in vineulis non dereliquit eum. Et dedit.

G

L

Lectio vi.

Postero die omnes in amphiteatro aeris objecti sunt: quæ naturalis oblitæ fe-
licitatis, ad Ianuarii pedes se prostravere.
Id Timotheus magicis cantionibus tri-
buens, cum sententiam capitum in Chri-
sti Martyres pronuntiasset, oculis repente
captus, erante mox beato Ianuario, in-
genus recepit: quo miraculo, hominum
millia ferè quinque Christi Fidem suscep-
gunt. Verum ingratus iudex nihilo pla-
cator factus beneficio, sed conversione
tante multitudinis actus in rabiem; ve-
ritus maximè Principum decreta, sanctum
Episcopum cum sociis gladio percuti-
vit.

¶. Desiderium anime ejus tribuisti ei
Domine, * Et voluntate labiorum ejus
non fraudasti eum. ¶. Quoniam preve-
niisti eum in benedictionibus dulcedinis:
posuisti in capite ejus coronam de lapide
pretioso: Et.

Lectio vi.

Hortum corpora finitima turbes, pro
stuo queque studio certum sibi pa-
tronum ex iis apud Deum adoptandi, se-
pelienda curarunt. Ianuarii corpus Nea-
politani diuino admonitu extulere: quod
primò Beneventum, inde ad Mona-
sterium Montis Virginis, postremò Nea-
polim translatum, & in majori Ecclesia
conditum, multis miraculis claruit. Sed
illud

Mad in primis memorandum, quod erat
pentes olim è monte Vesuvio flammareum
globos, nec vicinis modò sed longiquis
etiam regionibus vastitatis metum affere-
tes, extinxit. Praeclarum illud quoque
quod ejus Sanguis, qui in ampulla vitrea
concretus asservatur, cùm in conspectu
Capitis ejusdem Martyris ponitur, admi-
randum in modum cohliquefieri, & ebul-
lire, perinde atque recens effusus, ad hæc
usque tempora cernitur.

¶ Stola jucunditatis induit eum Dominus
nous: Et coronā pulchritudinis posuit super
caput ejus. ¶ Cibavit illum Dominus pane
uitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salu-
taris potauit illum. Et Gloria Patri. Et.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matth:

Lectio vii. Cap. 10. ¶

IN illo tempore; Dixit Iesus discipulis
I-suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in
medio luporum. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 34. in Matth. post init.

Cum Dominus omnem solitudinem
a discipulorum cordibus ejecerit, &
ostensione signorum armaverit, atque ab
omnibus negotiis sæcularibus alienatos, &
ab omni temporalium rerum cura libera-
tos, ferreos quodammodo, atque adamant-
inos fecerit, tum deniq; eventura illis ad-
versa prædictit. Multa enim ex hac præ-

dictione futurarum rerum commoda con-
sequebatur . Primum , ut ejus præscien-
tiae vim ediscerent . Deinde , ut nemo
suspicaretur ex magistri infirmitate tam
gravia mala descendere . Præterea , ne qui
ea passuri erant , subito , ac inopinato re-
sum eventu perturbarentur . Denique , ne
cum ista sub ipsum passionis suæ tempus
audirent , nimium commoverentur .

19. Corona aurea super caput ejus,* Ex-
pressa signo sanctitatis , gloria honoris , &
opus fortitudinis . v. Quoniam præve-
nisti eum in benedictionibus dulcedinis ,
posuisti in capite ejus coronam de lapide
preciose . Expressa signo . *Lectio viii.*

Jam vero , ut intelligant novum hoc
esse belli genus , & insolitum prælian-
di morem , cum illos nudos mitteret , una
indutos tunica , sine calceis , absque vir-
ga , & absque zona , & pera , & ab excipi-
entibus ali juheret : non fecit hic dicen-
di finem , sed inexplicabilem virtute-
suum proferens . Etiam sic euntes , inquit
mansuetudinem tamen ovium ostendite ,
quamvis ad lupos ituri , nec simpliciter
ad lupos , sed etiam in medio luporum :
& neque verò ovium tantum mansuetudi-
nem habere jubet , sed etiam columbae
simplicitatem :] sic enim virtutem meam
maxime ostendam , cum ab ovibus lupi
superabuntur : & quamvis illæ sint in me-
dio luporum , & innumeris moxibus la-

ce-

cerentur, non modo non consumpta fuerint, verum etiam illos in sui naturam transmutaverint.

M. Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: *Qui minas judicium non timuit, nec terrenas dignitatis gloriam quæsivit, sed ad cœlestia regna pervenit. **V.** Iustum deduxit Dominus per vias rectas & ostendit illi regnum Dei. **qui.** Gloria Patri. Qui.

Lectio ix.

MAJUS certè atque admirabilius est, mentem adversariorum commutare, & animum in diversum transferre, quam illos occidere: præsertim cum duodecim tantum essent, & lupis plenus esset orbis universus. Erubescamus igitur, qui longe diversa facientes, tamquam lupi in adversarios ruimus. Nam quamdiu oves fuerimus, vincimus, etiam si mille circumstent lupi, superamus, & vñctores sumus: quod si lupi fuerimus, vincimur. Tunc enim à nobis pastoris auxilium recedit, qui non lupos, sed oves pascit.

Te Deum laudamus.

*Antiph. ad Benedic.
T*nne me, Domine, examinasti, & non est inventa in me iniq'itas: propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea.

In secundis Vesperis. Ad Magnif. Ant.

LIberasti me, Domine, à rugientibus pre-

paratis ad escam ; & à p̄fūra flamen-
mæ , quæ circumdedit me , & in medio
ignis non sum extuatus .

Et fit comm. SS. Eustachii, & soc. mm.

*Infra Oct. S. Januarii in 1. Noct. leguntur
Lect. de scrip. occur. Quod si quis dies occur-
rerit in Quat. Temp. leguntur lect. de comm.
SS. Mart. A Miletō. & ix. lect. erit de Feria.*

DIE XX. SEPTEMBRIS.

Secunda die infra Octavam.

*Pit de SS. Eustachio, & soc. mm, dup. cunæ
commem. Octava, & Vigil., nisi venerit in
Quatuor Temp. quia tunc nil de Vigil.*

*Vesp. de S. Matthæo Ap. dup. 2. clas. cuna
com. SS. Eustachii, & c. mm. sive comm. Oct.*

DIE XXI. SEPTEMBRIS.

Tertia die infra Octavam.

*Pit de S. Matthæo Ap. sive commem. Oct.
in laud. sed tant. in 2. vesp. si tandem sequenti
die faciendum sit de Octava, item comm.
SS. Mauritii, & soc. mm.*

DIE XXII. SEPTEMBRIS;

Quarta die infra Octavum.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Petri Chrysologi.

De S. Apollinari 128. Lectio iv.

Merito Sanctus Januarius , quia juxta
mandatum Dei sui perdidit anima
suam, eam invenit in vitam sempiternam.

Bea-

Beatiss, qui ita carsum consummavit, si-
dem servavit, ut verè primus à credentibus
suo reperiretur in loco: nec eum quisquam
Confessoris vocabulo minorem credat esse,
quām Martyrem, quem Dei nutu quoti-
dianum, & multiplicem reversum conspi-
cit ad agonem. Audi Paulum dicente:
Quotidie morior. Semel mori parum est
eum, qui potest Regi suo gloriosam sēpē
de hostibus referre victoriam.

M. Honestū fecit illū Dominus, &c. fol. 243
Lectio v.

Non tam mors, quām fides, & devotio
Martyrem facit: & sicut virtutis est
in acie, in conflictū, pro regis amore suc-
cumbere; ita perfectæ virtutis est, diu age-
re, & consummare certamina. Non ideo
persecutus est Martyrem, quia non statim
intulit mortem, sed probavit Martyrem,
quia non eliciuit fidem, injecit tela, qua
potuit, & omnia armorum suorum gene-
ra callidus exegit inimicus: nec tamen for-
tissimi duxoris movere mentem potuit,
aut temerare constantiam.

M. Desiderium animæ ejus, &c. fol. 243
Lectio vi.

Sed ut propugnatorem suum sibi Eccles-
ia sancta retineret. Christo vehemen-
ter occurrit: ut vincenti justitiae reservase
coronam, & sibi belli tempore præliatoris
sui præsentiam condonaret. Et quid plura,
fratres? Egit, egit Ecclesia sancta mater ue-

nusquam à suo separaretur Antisite. Ecce
vivit: ecce ut bonus pastor suo inediis as-
sistit in grege; nec unquam separatur spiri-
tu, qui corpore præcessit ad tempus. Exinde
Eius est diabolus, persecutor occubuit. Ec-
ce regnat, & vivit, qui pro Rege suo desig-
neravit occidi; qui vivit, & regnat Deus
per omnia sæculorum sæcula.

¶. Stola jucunditatis induit eū &c. fol. 25;

I N III. NO C T U R N O.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio viii.

Cap. 10. b

TN illo tempore: Dixit Jesus discipulis
I suis: Ecce ego mittō vós sicut oves in
medio luporum. Et reliqua.

De Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homil. 34. in Mattb. Longe post medium.

Sic dicere videtur: Nolite turbari, si cum
vobis inter lupos mitto, tanquam oves &
columbas esse jubeo. Non et si possum con-
trarium quoque præstare, & non permitte-
re ut grave aliquid patiainini, nec lupis tan-
quam oves subiecti sitis, sed efficere ut leo-
nibus terribiores evadatis: tamen sic ex-
pedit fieri: hoc & vos quoque illustriores
faciet, & meam declarabit virtutem. Sic
enim postea dixit Paulus: Sufficit tibi gratia
mea: nam virtus mea in infirmitate perfec-
titur. Ipse igitur vos, ut tales essetis, feci.
¶. Corona aurea super caput ejus, &c. fol. 26.

Le-

Lectio viii.

Sed infipciamus quam prudentiam exigit: serpenti certe. Nam quemadmodum serpens totum seipsum tradit, nec minim curat, si ipsum quoque corpus incidi necesse sit, dummodo caput suum integrum servet: eodem tu quoque in modo, praeter fidem cetera perdere non cures, sive pecunias, sive corpus, sive etiam vitam ipsam profundere necesse sit. Fides enim caput est, & radix, quia servata, etiam si omnia perdes, omnia tamen rursus majore cum gloria recuperabis. Idecirca nec simplices solum jussit esse, nec prudentes solum; sed abo haec in unum miscuit, ut ea in virtutem convertantur. Hic est verè martyr, &c: fol. 27.

Nona lect. erit de SS. Mauricio, & sociis suis;

DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

Quinta die infra Octavam.

Fit de S. Lino Pp.m. semid. cum comm:

Octavo quatuor Gloria, & honore. Nonna lect.

comm. S. Thecla.

Vesp. de S. Maria de Mercede dñp. cum
comm. S. Lini. & Octav. pro qua, v. Glo-
ria, & honore.

DIE XIV. SEPTEMBRIS.

Sexta die infra Octavam.

Fit de S. Maria de Mercede dñp. cum:

comm. Octav. in laud. & 2. vesp.

DIE XXV. SEPTEMBRIS.

Septima die infra Octavam

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

De Sermone S. Maximij Episcopi,
Honsil. 2. de S. Cypriano

HIC est ille Evangelicus paterfamilias, proferens de thesauro suo nova, & vetera, qui veteris, novique Testamenti opum atque idipsum mysterium prædicans, Ecclesias Christi locupletissima disputatione ditavit. Incorruptibilis atque indefessus illius est hodie thesaurus, qui pecuniam Domini sui nummularis fœnixans, quotidie in corde fidelium cœlestium divitiarum sanctam conquirit usuram.

*¶. Honestum, &c. fol. 24.**Lectio v.*

Quid igitur, fratres, tanto speciosius Viro, cuius hæc est regula & mensura sermonis, ut inter varias hominum causas, motusque diversos, nunc affectione Patris, nunc auctoritate Doctoris, consuletur humiles, superbos comprimat, negligentes arguat, increpet infideles? Tantoq; denique decore sacerdotium, vitamq; suam Vir fidelissimus adornavit, ut doctrinam suam subsequentibus confirmaret operibus, Dominicam illam sententiam tenens: qui docuerit, & fecerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

¶. Desiderium animæ ejus &c. fol. 24.

Lectio vi.

Quam magnus hic, quamque præcipius in regno cælorum est, quem in omnem gloriam sermo propheticus, vita mirabilis & mors Deo devota sublimat! Nec immeritd, fratres, tanto cum honore nominis ejus memoria per amplissima mundi spatia celebratur, quia per universum orbem ad firmamentum fidei nostræ & passio ejus & doctrina profecit.

N. Stola jucunditatis induit eū &c. fol. 25.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. io. b.

In illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mittos vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

De Homilia S. Augustini Episcopi.

Vnde supra,

Habes ergo quod imiteris in serpente: noli mori pro vetustate, sed pro veritate. Qui moritur pro commodo temporali, pro vetustate moritur: cum autem exodus fuerit omni ista vetustate, imitatus es astutiam serpentis. Imitare & illum in hoc: serva caput tuum, tene apud te Christum. Si forte aliquis vestrum advertit aliquando, cum voluerit colubrum occidere, quoniodo pro capite suo totum corpus obiicit iæibus ferentis: illud in se feriri non vult, ubi se novit vitam habere. Et Christus vita nostra est ipse enim dixit;

dixit: Ego sum via, veritas, & vita.
Audi & Apostolum: Caput viri Christum
servat in se, caput suum servat pro se.

R. Corona aurea, &c. fol. 19. Lectio vili.

Jam vero quid opus est commendare
multis verbis simplicitatem columba-
rum? Cavenda enim erant venena serpen-
tis. Ibi imitatio periclitabatur, ibi erat
quod timeretur. Columbam vero fe-
cūrus imitare, attende columbas in fa-
cietate gaudere: ubique simul volant, si-
mul pascuntur, nolunt esse solae, commu-
nione gaudent, charitatem servant, gé-
mitibus amoris murmurant, osculis filios
gererant: nam quando columbae, quod
plētumque advertemus, rixantur de cel-
lulis suis, quodammodo pacata contencio
est. Namquid, quia rixantur, separantur?
simul volant, simul pascuntur, & ipsa in-
ter se pacata est rixa,

R. Hic est vere mare &c. fol. 27.

Lectio ix.

Vide rixam columbarum. Apostolus di-
cit: Si quis verbo nostrō non obau-
dit per epistolam, hunc notate, & noli-
te commiscerī cum eo. Ecce rixa: sed at-
tende, quoniam columbarum est rixa, non
luporum. Constitud subiectit: Et non ut
inimicum existimetis, sed corripite ut fra-
trem. Columba amat, & quando rixa-
tur: lupus edit, & quando blanditur. Co-
lum-

sumbarum ergo simplicitatem habentes, a-
stutiam servate serpentum. Te Deum.

DIE XXVI. SEPTEMBRIS.

In Die Octaua S. Ianuarii Dupl.

IN II. NOCTURNO.

Sermo S. Ioannis Crysostomi.

De S. Ignatio mart. tom. 5. Lect. i.

Tempis animadverte, fratres, quo di-
gnitatem Episcopalem beatus Janua-
tius est affectus. Neque enim est eadema
nunc, quæ tunc erat Ecclesiam gubernan-
di conditio; non æqualis est labor viam
tricam & planè paratam post multos ingre-
di viatores; atque eatim, quæ nunc primo se-
cunda est, quæque prævpta & laxata, se-
risque plena; nec ultimè adhuc viatorem
admisit. Tunc autem quocumque quis ocul-
los verteret, ubique præcipitia, barathra, &
bella, & pugnae, & pericula; Imperatores,
& Reges, & Populi, & Civitates, & Gentes,
& domestici, & alieni credentibus infidissi-
mè fidebant.

Honestum fecit illum Dñs, &c. Joh. 24.

Lectio v.

Quemadmodum igitur gubernatorem
admiramur, non quod vestores pos-
sit in portum incolumes ducere, cùm ma-
re tranquillum est, cùmque navis feratur
ventis secundis: sed cùm insanentes pel-
ago, ventisque saevientibus, qui in navi
sunt, inter se discentiunt, magna tempe-
state intus & foris navigantes exagitantes,
navim

200

navim tamen potest dirigere & conservare:
Sic eos, qui tuas Ecclesiam regebant,
multò magis, quàm illos, qui eam in
præsentia gubernant, suspicere debemus,
& admirari, quando multa bella intus &
foris, quando fidei planta imbecillior erat
adhuc, & diligentia magis indigebat:
quando veluti modò genitus infans Eccle-
siae populus, magnam providentiam at-
que sapientiam animar, à qua nutriendus
eret, postulabat.

¶. Desiderium, &c. fol. 24.

Lectio vi.

VErum, ne totum tempus in Episco-
patus consideratione collocantes, ab
his, quæ ad eum, ut martyrem spectant,
enarrandis excludamus; age ad illius cer-
tamina contendamus. Versutus enim dia-
bolus, & ad struendas aptu's insidias, exi-
stimatbat, si pastores sustulisset, ovilia se
facilè direpturum. Sed qui comprehendit
astutos in eorum astutia, ostendens Eccle-
sias suas non ab hominibus gubernari, sed
eos, qui in ipsum credunt, semper a se
regi, id fieri permittebat, ut cùm cerne-
ret, rectoribus sublatis, non tamen re-
ligionem deleri, nec veritatis prædicatio-
nem extingui, sed potius augeri: ex re-
bus ipsis & ipse, & qui ei inferiebant,
omnes intelligerent. Christianorum disci-
plinam non ab hominibus pendere, sed
in cœlis radices agere, Deumque esse, qui

ubi-

ubique Ecclesiæ operatus.

N. Stola jucunditatis induit eum, &c. fol. 25.

IN III. N O C T U R N O.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii.

Cap. 10. b.

N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 43. in Matt. b. longe post init.

Diligenter considera, qui sunt qui hanc ardua & laboriosa adevant, formidolosi videlicet, & indocti, illiterati, rudes, obscuri quidam homines & ignoti, qui paucum Phylosphorum percepérant instituta, vixque unquam in forum descendentes, pescatores, & publicani, multis repletæ rebus, quæ jure animos eorum possent deūicare. Nam si magnos, & clares vires tantæ difficultas rerum potuerit commovere quomodo non potuisset imperitos homines, quibus nullius rei magni aliquid venit in mentem? sed non dejecit, neque turbavit: nec id injuria, dicet quispiam: cum se intelligerent posse leprosos mundare, dæmonia ejicere.

N. Corona aurea, &c. fol. 26. Lectio viii.

Ego autem dicere non dubitarim, quia videlicet id ipsum jure debebat ipsos conturbare; quoniam, qui tantam potestatem haberent, ut defunctos etiam a morte possent excitare, hi tanta pericula

cula essent subituri, tanta bella gesturi,
ad judices vinceti deducendi, communis
denique totius orbis admonitio futuri.
Quae igitur in omnibus his etat consola-
tio? sola mittentis virtus. Quo circa ita
signanter incepit: Ecce ego mitto vos.
Sufficiat hoc vobis ad omnem consola-
tionem, satis sit ad confitendum. Vi-
des quanta ejus est auctoritas? intelli-
gis, quoniam Maxima sit potestas? perci-
pis inexpugnabilem ejus esse virtutem?
¶. Hic est. fol. 27.

*Nova lect. erit de duab. SS. Cypriani, &
Justinae mm. cum. com. in laud.
In 2. vesp. com. SS. Cosma, & Damiani mm.*

In Solemnitate Patrocinii S. JANUARII

Die 16. Decembris dup.

*Omnia dicuntur ut in Feste ejusd. S. Ep. m.
Lect. tamen 1. Noct. de script. occurrit.
Similiter quando fit Offic. semel in Mense
semid. dic. ut in feste; Lect. vero 1. Noct. de
script. occ.*

TA-

T A B U L A

<i>Officium SS. Nominis Jesu</i>	<i>pag. 3.</i>
<i>Officium S. Juliani</i>	<i>pag. 27.</i>
<i>Officium S. Scholastica</i>	<i>pag. 30.</i>
<i>Officium S. Joannis de Deo</i>	<i>pag. 34.</i>
<i>Officium S. Joseph</i>	<i>pag. 40.</i>
<i>Officium S. Isidori</i>	<i>pag. 53.</i>
<i>Officium S. Joannis Nepomuceni</i>	<i>pag. 60.</i>
<i>Officium S. Paschalis Baylon</i>	<i>pag. 64.</i>
<i>Officium S. Joannis a S. Facundo</i>	<i>pag. 68.</i>
<i>Officium S. Guglielmi Abbatis</i>	<i>pag. 72.</i>
<i>Officium B. M. Virginis de Monte Carmelo</i>	<i>pag. 75.</i>
<i>Officium SS. Rosarii</i>	<i>pag. 79.</i>
<i>Officium S. Ludovici Bertrandi</i>	<i>pag. 83.</i>
<i>Officium S. Hedwigis R. Poloniae</i>	<i>pag. 86.</i>
<i>Officium SS. Gavini, Preshi, & Januarii</i>	<i>pag. 86.</i>
<i>Officium Dedicationis Basilicæ SS. Salvatoris</i>	<i>pag. 86.</i>
<i>Officium S. Andreae Avellini</i>	<i>ibid.</i>
<i>Officium S. Petri Crisologi</i>	<i>pag. 94.</i>
<i>Officium S. Eusebii</i>	<i>pag. 101.</i>
<i>Officium Expectationis partus B. Mariae Virginis</i>	<i>pag. 105.</i>
<i>Officium S. Ubaldi</i>	<i>pag. 118.</i>
<i>Officium, cum Octava S. Januarii</i>	<i>p. 121.</i>

Dic 27. Aprilis
In Festa S. Marie Egyptiaca
Oratio

Clementissime Deus, qui
omnipotentiam tuam par-
cendo maxime, et miseren-
do manifestas: multiplica
super nos misericordiam
tuam, ut, intercedente Bea-
tâ Mariâ Egyptiaca, quos
delictorum ^{cotana} constringit, misere-
ratio tua pietatis clementer
absolvat. Per Dnūm. &c.

Rel. tam in Offic. quam in Miss.
De com. nec V. nec N.

